Bayerische StaatsBibliothek

MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Marius, Johannes

Joan. Marii Castorologia explicans Castoris animalis naturam et usum medico-chemicum

Augusta Vindelicorum 1685

M.med. 325 h
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10286476-7

M. med.
325 h


CASTOROLOGIA.

# J. F. CASTOROLOGIA

*explicans*

Caſtoris animalis naturam & uſum
medico-chemicum

Antidhac

à

JOANNE MARIO

Bollenſi & Phyſico Ulmano poſtea Augu-
ſtano celeberrimo labori inſolito
ſubjecta.

*jam vero*

Ejusdem Auctoris & aliorum Medicorum ob-
ſervationibus luculentis ineditis, adfectibus
omiſſis, & propria experientia parili
labore aucta

à

JOANNE FRANCO.

*S. Chryſoſt. in Matth.*

*Invidia ſemper ſibi eſt inimica; nam qui invidet, ſibi ignominiam facit; illi autem cui invidet, gloriam parit.*

---

AUGUSTÆ VINDEL. M DC LXXXV.

*Typis Koppmayerianis,*
*Impenſis Vidua Theophili Ge*

38 B

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Nigronus

*Vigilandum eſt de nocte, laborandum interdiu, volitandi Libri, nunquam ſtudium, ne unum quidem diem intermittendum, ſi quid agere aut perfici vultis.*

*Inclutæ ac Liberæ S. R. I.*

REIPUBLICÆ ULMANÆ

DNNN. QUÆSTORIBUS.

*Generoſitate ſanguinis, Magnificentia munerum, ſtrenuitate animorum, gravitate conſiliorum, prudentia rerum gerendarum, Amplitudine in Patriam meritorum Eminentiſſimis*

DN. CHRISTOPHOROERHARDO SCHAD,

à Mittelbiberach,

DN. SIGISMUNDO BALDINGER,

Junior.

DN. DAVID WIK,

*Gratioſis DNNN. ac Patronis devote colendis.*

Ὑγιαίνειν; εὖζῆν; καὶ εὖπράττειν.

UNusquisque pro lubitu, hic thura non habens modicum ſalis, iſte malum, ille hauſtum aquæ, alii veſtimenta, cuncti cuncta ex benivolo affectu.

Vobis PATRONI MAXUMI, caſtorem ego, non in unda, ſed charta natum offero, dico, conſecro, non muſtelam ſcythicam, pellis præſtantia raram & caram, ſed animalculum rudioris formæ & mino-

minoris pretii, ſi diſplicet horrorem non miror, ſi placet favorem exoſculor.

Quandoq; & fiſtula paſtoralis tempore canens ante chelyn adridet; veſtrum vultum, PATRONI OPTUMI, cum caſtore noſtro opportune ſubire, & Gratiam Veſtram omnibus Bonis, imprimis civibus déprædicatisſimam exorare ego contendo, brevitati conſuetæ ſtudens; nec me in laudes Veſtras diffundens, ne VOBIS blan-

ditias parare, & odioſi adulatoris magis, quam cultoris perſonam ſumere videar.

Agite igitur, PATRONI OPTUMI MAXUMI, hunc meum conatum dextre interpretemini, & opellam præſentem Veſtri Nominis incluti ſplendore irradiatam, mole licet exiguam, faventisſime excipite.

Supremus beatæ perennitatis Arbiter VOS cum Familiis ſplendididis ad annos

nos ducat plurimos, & viribus animi & corporis ſoſpitet vigentes, ad civium ſalutem & incrementum, ſubditorum tutelam, & Reipublicæ tranquillitatem florentes & incolumes.

*ILLUSTRIS VESTRI NOMINIS*

*Ulmæ è Muſæo*
d. 3. *Septemb.*
*An.* 1685.

*civis obſequioſiſſimus*

Johannes Francus.

# Lectori Erudito & Benivolo

## *Jo. Francus Salutem.*

Quadraginta, & quod excurrit, annos verſabatur hic caſtor in periculo obliviosæ noctis, blattarumque corroſionis, & procul dubio adhuc hæſiſſet, niſi ego eum liberaſſem, & aëri reſtituiſſem liberiori.

Prodit ergo hac, qua vides, facie in lucem, Lector benivole, deformis ſc. viſu, ob manum, l. ex Auctoris obſtetricantis oſcitatione, l. morte improviſa, amotam.

Ut igitur ſcias, L. B. ex quo domicilio primum exierit, & ubi tam diu latuerit, paucis dicam verbis.

Joannes Marius ejus Auctor fuit, oriundus ex oppido Würtembergico Bull, à Balneo ſalutari valde celebrato.

Ado-

Adoleſcens factus fideliſſimum habuit Præceptorem D. D. Joannem Scultetum, qui principem locum inter omnes fere Medicos & Chirurgos tunc temporis tenuit, cujus Amanuenſis erat, & ita diligentia ſua & facilitate ingenii adeo profecit, ut ſumma cum laude Doctor creatus fuerit.

Primis poſt promotionem annis iterum Ulmæ Praxin medicam profeſſus, & in collegiũ Ulmenſe eo tempore florentiſſimum, poſt Auguſtanorum aſcitus, ob mortem vero celeberrimorum nonnullorum virorum Ulmenſi valedixit, & Auguſtam ſe contulit, ubi brevi poſt ἄπαις uxoratus quidem vitam cum morte mutavit.

In Praxi teſtibus adhuc multis civibus & Mſto ejusdem, feliciſſimus fuit, aſt nihil, quod ſcio, edidit; Præſentes de caſtore paragraphi, antequam ego vitali hac aura cœpiſſem frui, neſcio quo fato, quave fortuna, in manus Cl. Viri Joannis Maieri τοῦ μακαρίτου, Præceptoris olim mei in humanioribus fideliſſimi devenerunt, ex quibus proprie mei facti, quod alibi innui, hinc cauſa

non eſt, cur in præſenti recoquam hanc crambem.

Hos igitur cura mea legendos Tibi, mi Lector, ſubjicio, una cum Exercitationibus non ad oſtentationem, operisque prolongationem, multo minus ſciolos docendos, quod munus plane mihi non vendico, quin potius me ipſis non placere heic ſtuduiſſe ſciant: aſt propoſitum meum eſt, ut primario Medicis futuris aliquo modo inſervirem, & ſecundario viros doctos commodo publico natos, ad edendos, qui nunquam in lucem prodierunt, libros adhortarer.

Hæc cynoſura, hic meus ſcopus, & quidem, mea ſententia, non omnino contemnendus, quamvis non omnibus placuerit, quæ felicitas nec in Jovem ipſum, teſte Heſiodo, cadit, nec eam deſidero: certo tamen mihi perſuaſum habeo, à quibusdam celeberrimis Viris meum hoc petitum probatum iri.

Jacta eſto alea, quid ſi optatum impetrarem votum, Boni Viri ſequerentur, ne ſemper legenda haberemus repetita?

Ego

Ego heic nihil reticui, incidenter cauſarum mentionem feci proximarum, quas ad leges circularis ſanguinis motus accommodavi, dubia ſub cenſuram vocavi, veritatem auctoritate tam quam rationibus indagavi, munimentis Medicorum imprimis Ulmenſium & Memmingenſium, & iis à Præceptore olim meo dexterrimo [ coronare licet fontem, ex quo aquam hauſi ] Magnifico & Excellent. D.D. Georgio Wolf. Wedelio acceptis collegiis publicis tam quam privatis indefeſſa opera congeſtis adornavi, & ſic omnia candidiſſime revelavi, quem candorem aliquid meriturum, ſpero.

Tandem hæ meæ exercitationes ita concinnatæ ſunt, ut nihil ſuperflui aut alieni ibidem temere admixtum deprehendatur.

Cum igitur opella hæc B. L. adriſerit, lege; aſt expectationi non ſatisfecerit, fac miſſum, aut corrige, modo convitia, dicteria virulenta, ſarcaſmi, exagitationes, & præ conceptæ opiniones præſcindantur.

Et

Et hæc ſunt quæ præfari placuit, hac ſpe, Te, B. L. mendas, ſi quæ forſan irrepſerint, cum Typographiæ ob loci diſtantiam non licuerit intereſſe pro dexteritate correcturum.

*Vale pancratice & favore tuo dignare*

*Tuum*

Joannem Francum.

I.

NAturæ antiquâ quondam virtute miniſtri
Ulmæ qui fuerint, ſcripta relicta docent.
Qui fuerit *Verbez*, *Wolfart*, *Marſilius*, *Ekold*,
Frater & *Erhardus*, quos tulit atra dies;
Ingenii quæ preſſa diu monumenta probabunt,
Quæ ſinit in doctas FRANCCIUS ire manus.
Sic dictum in vitam revocat poſt funera virtus,
Sic etiam FRANCCI neſcia fama mori?

*Honoris ergò appoſuit*

M. Jacobus Honoldus, in Gymnaſ. Ulm. Mathem. Prof. Publ. & VI. Claſſ. Præc.

II.

FRanci nomen habes, quod jam dum innotuit Orbi,
Omen adeſſe ſimul multa docere queunt.
Eſt ſibi libertas *cordi*, ſentire parato
Quod mens docta Tibi ſuggerit atque probat.
Senſa refers animi Tua libertate loquendi
Ut ſit judicium *cordis* & *oris* idem.

Nec

Nec ſatis: aſt curæ ſibi libertatis habere
  Tergeminam laudem ſcripturiente *manu*:
Hinc facili nobis calamo Tua Muſa miniſtrat
  Ingenii fœtus, & documenta manûs,
Quin eadem Tua docta manns, Doctiſſime Franki,
  Liberat è ſqualido carcere ſcripta ſuo.
Juſſa videre auras. quæ nulla obliteret ætas;
  His MARII CASTOR prodromus ecce venit!
Perge Vir Excellens ſic inclareſcere ſcriptis
  Ut pergam laudes deproperare Tuas.

*Amoris & Honoris ergo f.*

M. M. B.

# J. F.

## *Antiloquium.*

PRopter hominem omne quod terra continet & alit à DEO ter optumo terque maxumo creatum; etiam minimum homini imprimis eſt emolumento, ſcilicet ut 1. vita ejus ſuſtentetur, vel corpus à malo liberetur.

Quid enim vilius eſt *bellide*, & tamen ceu optimum deprædicatur præſidium in curatione vulnerum & intemperiei hepatis: *gramen* vile habetur ob copiam, cum tamen ad obſtructiones reſerandas mirifice proficiat: *Muſcus terreſtris* non magno æſtumatur, aſt virtus adſtrictoria inter plebejos no-

tiſſima eſt: *Hyſſopus* pro viliſſimo vegetabilium à Sapientiſſimo Regum habetur, & vires ejus in ♀ro imprimis pulmonali reſolvendo aliis præfertur: neque *fungi* & ipſa 🜃*æ excrementa* utilitate ſua carent.

Viliſſimus *lapillus*, ∴*na*, *lutum* ipſum, ut toto die vidimus, non ſine uſu erunt; quis admiratur *cretam*, *rubricam*? quis Ψ*am*? & tamen ſæpius majus expectatur commodum, quam à rebus magnæ æſtumationis.

Bone DEUS! qualem vilis *ranuncula*, & inæſtumabiles *millepedes* nobis uſum non adferunt? qualem *lumbrici* 🜃*ſtres*, & [illegible]us & extus applicati in arthritide, imprimis vaga ſcorbutica utilitatem habeant, aliquot civium meorum præterita æſtate experti hilaro animo fuerunt.

His pro nuda veritate poſitis quis unquam nobilioribus uſum & commodum denegabit? v. g. conducibili *rhabarbaro*, nobiliſſimæ *contrayervæ*, prætioſiſſimæ *gialappæ*, odorifero *rorimarino*, amœniſſimis *roſis* & *violis*, utili *centaurio*, & *cichoreo*: quis ignorat, niſi in ſulſæ mentis ſiet, præſtan-

ſtantiſſimi ⊕*li*, efficaciſſimi ⊕*i*, polycreſti ♁*ii* &c. uſum in Medicina: *cervus*, *lepus*, *lupus* & *vipera* fere toti ſunt officinales, *Sus* multa præbet utilia, nec *canis* & *felis* rejiciendi propter utilitatem medicam, & *caſtor* multis partibus exoptatam promittit anchoram: *homo* ipſe, totus ad medicationem aptus, ceu rerum naturalium ſolertiſſimi viri in ſuis phytologiis, mineralogiis & zoologiis commonſtrant; immo quidam impigerrimi naturæ indagatores de unica materia, v. g. *lapide bezoar*, ⊕*lo*, *cervo*, *a*[illegible]*ra*, ♉*ris*, *vino*; *opio*, *junipero*, *ſcorz*[illegible]*ra*, *moſcho* &c. integros tractatus, quo eo uberius incepta tractari, eorumque uſus eximius monſtrari poſſint, ſcripſerunt: hos inter merito etiam numeramus D. D. JOANNEM MARIUM Bollenſem primum practicum Ulmanum, poſtea Auguſtanum celebratiſſimum, qui ſummo ſtudio ac induſtria præſens opuſculum de *caſtore*, quod cum aliis ex inſtructiſſima Bibliotheca, Magiſtri *Joannis Mayeri* Rectoris inclutæ Scholæ patriæ νῦν ἐν ἁγίοις, Præceptoris quondam mei fideliſſimi in manus meas devenit,

conſcriptum reliquit; & utinam ab eo ejus editionem procurari fata ſiviſſent, longe enim accuratiorem haberemus, aſt cum neſcio quid tardaſſet, qualecunque id erat pari experientia, obſervationibus propriis tam quam aliorum ineditis præparationibus ſelectis & approbatis locupletatam de manu mea *Lectori Benivolo* legendum reddam, quem rogatum volo, ut ne verba tam quam res ſub verbis latentes adſpicere velit, & ſi in omnibus expectationi non ſatisfecero, id rei difficultati tum cum mei Talenti tenuitati acceptum iri mihi ab eo polliceor. Interim DEUM meum Zebaoth ſupplex veneror, mihi ſpiritu ex alto heic ſuccurrat, quo finem hujus operis pertingere, & hoc medicamine varios morbos ad garamantas propellere valeam, revertamur itaq; ad ea quæ proponit

§. I.

*Quum in diebus canicularibus à Praxi mea medica reſpirandi ac conquieſcendi ſpatia mihi conceſſa fuiſſent, ſane laude dignum eſſe duxi hæc otia non fruſtra ac ſine linea terere,*

*terere, ac conſumere, ſed contemplationi & inveſtigationi naturæ animalis Fibri conſecrare, memetq; oblectari, quoniam de hoc non ſolum quam plurima curioſa ac admiranda tam in phyſica, quam maxime etiam utilia & ſalubria in Medicina à vetuſtioribus juxta & recentioribus Viris celeberrimis conſcripta & conſignata fuerunt.*

*Ne autem Benivolo Lectori circa hæc tædium cauſſetur, l. bilis moveatur, omnia hæc quam breviſſimis expediam ac abſolvam, ac certos in paragraphos diſtinguam, ſperans, Benevolum Lectorem hæc ſimpliciter collecta atq; exarata non minus grata quam accepta habiturum.*

## Additamentum Franci.

Jam ſubjungam mea, non ut pari laude cumularer, quia non expedit, multo minus otioſum Zoilum inſtruam, quia non indiget, ſed huic vel illi Medicinæ ſtudioſo induſtrio opellam hanc æquanimiter accepturo inſerviam.

Et licet ea parum novi, fateor, aut ſecretioris contineant, pauciſſima tamen quæ

antea ſunt edita allaturum me Benevolus Lector: ſtudioſe ubivis Auctoris tam quam patientis nomen adjeci una cum connotatione, ſi fieri poſſet, anni & diei, quo nemo me falſa ſcripſiſſe ſubdubitet.

Adhæc poſt *Dioſcoridem*, *Sextium*, *Plinium*, *Rondeletium*, *Bauhinum*, *Geſnerum*, *Jonſtonum*, pauciſſimi, nullus autem ex profeſſo de hoc animali luci commiſerunt, hinc B. noſter Auctor ſeparatis corticibus primus, mea quidem ſententia, nucleum hujus hiſtoriæ, monſtravit, cujus epigraphe, ceu videre eſt, in meo Tractatu *de ſedacei uſu*, erat, *caſtoreum phyſice & medice conſideratum*, aſt cum non de parte ſolum caſtoris, ſed de toto animali tractaſſet, merito *Caſtorologiæ* ei nomen impoſui.

## §. II.

*Hoc animalculum in latina lingua originem ducit à ripis & veluti aquarum fimbriis, ubi plerumque commoratur: hoc nomen etiam Germani exinde mutuati ſunt & ſolum litteram F. cum B. commutarunt ac* Biber *appellarunt.*

Addita-

## Additamentum Franci.

Antiqui enim fibrum dicebant extremum, hinc ab hoc, ubi maxime videri ſolet, ſcilicet extremo aquarum nominatur, perhibent, quæ tenui prorſus tibicine ſuffulta; hujus farinæ etiam eſt illa, quam ab Hebræo פֶּדֶר propter obeſitatem hujus animalis derivant, die weiſe Alten haben an ſolchen Bettel niemalen gedacht.

Recentiores autem à findendo & hiatu lacerationis hujus originationem ſumunt; iterum alii à Græco φιβρὸς quod ſubtilis & mollis ſignificat nomen ſuſcepiſſe affirmant, cum pilos tenerrimos & molliſſimos habeat, hæc in gratiam grammaticorum, tametſi non nego ultimam firmiorem cæteris eſſe, aſt his de verbis, noſtra de rebus eſt cura, plura habet

## §. III.

*A Græcis κάςωρ ab ingenti ventre, uti Grammatici ſæpiſſime derivant ac exprimunt, in digitatur. Alias à Geographis etiam* canis ponticus *nominatur, quia ſufficientem*

 *copiam*

*copiam aquæ Ponti cujusdam Provinciæ minoris Aſiæ ſubminiſtrat.*

## Additamentum Franci.

Vox Arabica originem trahit ab *exectione*, quæ me ducit ad fabulam ab Antiquitate prolatam, illum ſcilicet ea parte ſe redimere propter quam petatur maxime, narratur enim fibrum, teſticulos ſuos plurimum emolumenti præſtare in medicina, non latere, hinc ne amplius urgeatur à venatoribus eosdem à ſe evulſos in prædam objicere, aſt falſitas poſtea patebit.

An ſub ציים quod Targumiſta Jonathan per animalia ſtupenda & horrendi morſus exponit, latitet, ceu hodiernus Judæus mihi affirmavit, aliis qui me & eruditione & ætate longe ſuperant relinquam.

Alio linguarum idiomate, & quidem *Italico* Fiber dicitur bivaro, *Gallico*, bieure, *Hiſpanico*, biverio, *Polonico*, Pohr, *Hungárico*, hod, *Anglico*, abadger agraye, *Belgico*, een Beever.

Tranſirem nunc ad alia aſt moram injicit homo-

*Ad paragr. IV.*





*Ad paragr. VI.*

homonymia quam noſter omiſit, ut autem harum minutiarum amatori ſatisfaciam, hæc habeto: notus eſt frater Germanus pollucis, qui *caſtor* dicitur. Nota eſt avis quædam ſpecies ſcilicet Mergus cirratus major, qui etiam ob convenientiam cum caſtore maxima pernicitate in piſces graſſandi caſtor vel fiber dicitur. Nota eſt □a cachecticorum alba & craſſa, quæ itidem *caſtor* der Biber nominatur, ac ſi caſtor in veſica □aria omnia circum volvens eam incraſſaret. Notus etiam eſt polientium lini in filo ultimam manum admoventium terminus der Biber gehet heim/ quomodo à noſtro ſumatur ſeipſum explicat in

## §. IV.

*Eſt autem* Caſtor *animal quadrupes adæquans magnitudinem felis, qui tam in aquis quam terra vitam degere poteſt, & fructibus atque arborum corticibus ſe ſatiat, præprimis ulmis; pedes anteriores ſunt inſtar canum, quibus terram fodit, ac poſteriores conſimiles anſerum pedibus, quibus in aqua natat atque eam dividit.*

*Caudam geſtat ut piſcis, quam ſtudioſe in aqua recondit, utprimum enim cauda exſiccatur propter innatum calorem obſtructiones alvi patitur.*

*Seſe aquis immergens non diu ſub iis manet, quia ſæpiſſime ſ⁀uum haurire cogitur, ſed quando per aquam ſuum curſum ducit, vel amnem transnatat, tunc erecto ſuper aquam capite trajicit.*

*Domicilium ſuum anterioribus pedibus quam mirifice exſtruit in ripis & ſimilitudine ſcalarum, ita ut increſcendo & decreſcendo aquarum aſcendere & deſcendere poſſit.*

## Additamentum Franci.

Caput Fibri non diſſimile eſt muri montano, alias eum confero *lutræ*, aures & pedes poſteriores quorum digiti membrana interpoſita ſunt connexi, ejus habet, incedit in rerra anſerum more, ob id velocior eſt in aqua. Sic utrique mollior pluma pilus: aſt ratione corporis contracti & brevis, item alvi vaſtæ, victus & virium impar eſt.

Cauda

Cauda ejus non caudam piſcis,ſed piſcem integrum refert, depreſſa eſt, & pilis in totum nudata, quatuor digitos lata cineritii coloris, multis rugis & anfractibus gyrisque efficctis inſtructa eſt; excavata quaſi, hinc non in congrue *burſa rugoſa* ſalutatur.

An obſtructione alvi laboret, ceu noſter vult, ob exiccationem caudæ, dubitatur, aſt ex ea provenire crumenarum contractionem, ut liquor cereus in hibeatur, ſufflamminetur, veritati propius eſt, id quod etiam confirmat D. *Adamus Zvvikerus.*

Heic conopeo ſilentii non eſt in volvendum fibri pabulum, quod *Auctor noſter* cortices & ulmos eſſe perhibet. Notum autem eſt dari, caſtores juxta aquas perpetuo degentes ibi quæritare alimentum, & piſcibus, ſoris, ranisq; veſci; dari quoq;, caſtores objectum talis modi victum recuſare, aſt quid ſi diceremus, eos non ſolum corticibus arborum, ſed & quandoq; piſcium genere delectari, quemadmodum & lutra, quæ proxime, ut ſupra dixi, horum genus accedit, quamvis piſces avida devoret, folia tamen fructusque hujus illiusve arboris

arboris non inguſtabiles relinquit, ceu experientia pro me loquitur.

Amat loca avia, ut ab injuriis & aggreſſoribus tutior eſſe poſſit; aditus ad cavernas ſub aqua patet, & ſurſum fodiunt, contignationes ſive ſcalas numero tres vel quatuor cum lignis ex ſilva vicina vel arbore proxima congeſtis & anterioribus pedibus dentibusque ſuis quatuor fabricat, ut teſtes oculati nec ſatis mirari nec ejusdem aſtutiam narrare poſſint.

## §. V.

*Multi caſtorea carne, delectantur præprimis Pontificii, meo vero palato minime arridet, quia admodum dura & ad concoctionem non facile delectabilis, ſed potius aggravat præprimis quum obeſa eſt, ſtomachum: alias cauda lautiore pro ferculo in conviviis Magnatum offertur, & ut nobilis cibus in delitiis habetur.*

## Additamentum Franci.

Caſtor dimidia ſui parte, caro eſt, dimidia piſcis, hinc quemadmodum *Auctor noſter*

*ſter* habet diebus aſarcis apud *Romaniſtas* conceſſa: nonnulli ſelectum tenent inter partem corporis anteriorem & poſteriorem.

Novi piſcatorem veritatis amantem ante aliquot annos Monachis quibusdā Carthuſianis caſtorem ſine pelle ſex florenis cum dimidio vendentem, *ego*, addidit, *non quinque groſſis æſtumavi*. Pinguiariis in cibatu gratiſſima eſt, aſt aliis nauſeam parit; immo ceu *civi* hic *meo honorato* accidit; ex ſupervenientè diarrhœa, ipſam mortem.

Pars poſtica, naturam quippe piſcium redolens jure nigro conditur, antica vero ✚to prius per aliquot ♂ macerata tandemq; elixata menſam adornat primariam: vel in veru torrent, lardo caryophyllis & corticibus citri confixam.

*Coqua* mihi *amantiſſima* aliquando caudam caſtoris tali modo præparavit: ſeparata aqua ferventi cute prima elixavit, una cum pedibus ad duas vel tres circiter ⊠ vel ad albedinem & ſeparationem ſecundæ cutis, hac ſeparata caudam conſcidit in partes aliquot obliquas, percoxit in ſartagine cum vino albo, adjectis Zingib. pipere, ci-

namo-

namomo, paſſulis minoribus, amygdal. & croco legis arte, & ea inſtruxit menſam.

§. VI.

*Hoc animal aſpectu horribile & terribile ob acutos & longos* dentes, *quibus omnia perforat quicquid invenit, arbores excavat, ac ſi ferreo inſtrumento quam artificioſe eſſet factum, & quum aliud animal aut hominem iis arripit ac comprehendit, non acquieſcit donec dentes reſident ac oſſa confracta ſunt, quapropter huic animali infeſto dentium cauſa non fidendum: ventriculus uti ſupra fuit dictum amplum & ingens continet ſpatium.*

## Additamentum Franci.

Adſpectu non admodum horribile, aſt natura ferum mordax & iracundum eſt; ut nullo modo cicuretur, quamvis nonnulli cicuratos inſtar felium domeſticorum vidiſſe dicant. Hinc difficile & non niſi omni ſtudio triſulca caudæ patenti injecta capiuntur, & coerceri poſſunt, vel ſaltim manus,

aſt

Ad paragr. VII.



aſt ut expeditus ſit conſulo, arripitur, qui huc illucve, cum ſe reflectere nequeat circum duci poteſt: vel à canibus veſtigatoribus intra plagas coguntur, ceu A. *Zvvikerus* modo dictus perhibet.

Timidum ſimul eſt animal, & non longe à domicilio imprimis tempore hiberno & nocturno cum omnia ſunt tranquilla ad capiendum pabulum, ſecedit; ratio antem timiditatis eſſe poteſt, vel *cor magnum*, quod habet, vel quod magis credendum ſanguis particulis ♀eis & fixis abundans in culpa eſt.

## §. VII.

*Infra poſteriores pedes duæ crumenæ vel folliculi conſpiciuntur ac prominent, quorum unus alteri major, ex quibus nonnunquam factæ venæ ruptione liquor melleus emanat ac effluit, quem* caſtor *ipſe lambit; talesq; folliculi in maribus pariter ac fæminis conſpiciuntur, uno loco inſiti, ovi anſerini magnitudinem referentes, & hi caſtoreum, & abuſive teſtes ſive teſticuli vocantur.*

*Licet enim in maribus penis & fæminis vulva infra duas has crumenas reperiantur ac pendeant*

*deant, nihilominus hæ crumenæ nullum meatum in pudenda habent, qui alias omnibus in animalibus extet. Cæterum in mari teſticuli intus in ſpina rectiſſime animadvertuntur ac conſpiciuntur, teſte ipſo cultro meo anatomico.*

## Additamentum Franci.

Et hæc B. Auctor noſter à quo nonnulli veterum tam quam recentiorum videntur diſſidere, quorum opiniones qua par eſt brevitate una cum epicriſi ſumus oſtenſuri.

Ab antiquitate communiter pro teſtibus veris, & pro re nulla amplius in veſtigatione ſcrutanda habiti fuerunt; poſt poſitis quæ per ſe legi poſſunt, paucula ex loculis meis adferam.

D. *Adamus Zvvikerus* Medicus Memming. in Mſpto de *Amphibiis* dicit, *fiber eſt animal callidum vivens in terra & in aqua cujus teſtes ſibimetipſi amputat, urgente venatore ejusque canibus qui deinde in uſum medicum aſſervantur.*

*Joannes Harderus* Practicus Geislingenſis, *teſticulos*, inquit, *caſtoris tuſſim ſedare, nulla expe-*

*experientia apud me eſt, ſed pituitam viſcidam bronchiis pulmonis incluſam, ſuſpirium cauſantem tollere certum eſt. Idem* alibi dicit: *ita quadam cephalica in non aſſuetis dolores cauſant, ut ſpica, majorana, ruta & teſticuli caſtoris ipſi, quia fumidum odorem exhalant & caput petunt.*

*Joannes Schapplerus* Medicus Ulmanus dicit: *Leniunt dolores* [in Arthritide] *pinguedines ſuillæ, anſeris, humana, ℥m anethinum, amygd. dulc. chamæmel. lumbricor. ſuccus fænuar. ſi vis ut magis dolorem leniat, adde teſtes caſtoris, ſi ne ſic quidem dolor leniatur, adde caphuram.*

Alii fibro noſtro teſticulos quatuor affingunt, è quibus nomino Patricium Ulmenſem D. *Chriſtophorum Ehingerum* Loimiatrum ſic dicentem: *Poſt evacuationem uterus ægræ præmuniendus, ne redeat,* [præfocatio] *maximo autem ſtudio id perſequendum, ut non permittatur locus vaporibus aſcendentibus, qui corriguntur maxime talium vaporum depreſſoriis, qualia ſunt ruta, cyminum, coriandrum, ſalvia nepeta, &c. omnium autem optime corriguntur teſtibus vi-*

*ſibilibus caſtoris animalis,qui ſe produnt odore valido, cæteri qui latent non in medicina uſurpantur.*

Huic perantiquus *Sextius* Medicus adverſabatur, quem cum paucis aliis *Dioſcorides* ſecutus, donec inter Recentiores huic ſententiæ ſeſe ſummis viribus oppoſuit *Guilielmus Rondeletius* Montispelienſis, & antiquitatem graviter erraſſe curioſo ſuo cultro demonſtravit, nempe caſtoreum teſtes minime eſſe, ſed peculiares ſacculos & folliculos inguinales, idque firmiſſimis & neceſſariis rationibus verificat, cujus in ſententiam, dein multi Celeberrimi viri diſceſſerunt, vett. hypotheſin totaliter diſſolventes, hanc ceu rem de qua non amplius dubitandum confirmarunt. Hinc animus non eſt, ne prolixus ſiem, ut hodie propugnantium argumenta recenſeam, ſed ſaltim ſcopo præfixo ſatisfaciens veriſimiliter ſtatuo.

I *Fibros mares tam, quam fæminas caſtoreum habere*, idque mentiri ſcrotum, eſſe autem hoc ſtricte ſumtum ſacculum rugis & anfractibus variis ... ui recens

poſt

poſt ſeparationem cutis ſatis craſſæ, materiam ſubflavam, ceroſam, odoris fortiſſimi & penetrantiſſimi, ſiccatus vero reſinoſam & pulveriſandam intus continet. His alios adjunctos minores tamen ſacculos eſſe, plenos materiæ ſcaginoſæ, cineroſæ & fætidæ ſemperq; fluidæ, quorum ſingulus, major tam quam minor ſacculus præter cutim communem exteriorem craſſam propria membrana veſtitus ſtudioſiſſime conſpici poteſt: & talis modi ſacculis gaudent etiam *lepores*, *hyæna odorifera* aliaq; pauca animalia, de quibus legantur Auctores.

II. *Fibros mares præter caſtoreum teſticulos habere*, eſſe autem ſubſtrictos & parvos viliſſimi ponderis gallorum teſtes æquantes, absque odore & ſapore, atteſtante modo nominato *Doctore Ehingero*, intra ventris capacitatem ad ſpinam dorſi locatos, qui ſua vaſa ad mentulam ſemen ferentia rituſſime habent & adimi citra vitam animalis non poſſunt.

III. *Caſtoreum non eſſe teſticulos*, licet tota Antiquitas credat, nam ceu hodierna Anatomia demonſtrat, nullum commer-

cium cum teſticulis neque pene habet, meatus enim omnium ſacculorum non in penem, ceu neceſſitas urgeret, ſed per meatum proprium, in rimam exteriorem communem tendit, immo per hoc orificium totus ille liquor, quod meis uſurpavi oculis, exprimi poteſt, id quod de teſticulis veris nullus anatomicus ceu convolutionibus vaſorum ſpermaticorum dicet. Præeuntem heic ſequor *Virum exaſciati judicii Jo. Jacobum Wepferum.*

## §. VIII.

*Cibum capiens poſterioribus pedibus inſidet ſicut* ſciuri, *& anterioribus ori admovet cibum. Pullos ingruente hyeme in lucem edunt, atque incredibili amore eos enutriunt.*

## Additamentum Franci.

Libidinis deſiderium ineunte æſtate exercent, catuloſque modo unum modo duos treſve circa feſtum *S. Nicolai* enituntur, quos incredibili amore proſequuntur, domique fovent, donec per ſe ad eſcam ſibi com-

comparandam egredi poſſint: Femellæ conceptionem cupientes poſt unicam admiſſionem a maribus ſe illatebrant, prius collectis vivunt & præterlapſis duobus menſibus ex cavernis iterum egrediuntur.

Acribus quatuor ſuis dentibus inſtar *ſuum* pugnant, & ſeipſos nonnunquam ad mortem usque lædunt, & dilacerant. Alias nulla *vox* ab illis percipitur etiam imminente mortis periculo. Lento gradu in ▽a ceu anas incedit, aſt velociſſimus in aqua, canes venatorum e longinquo venientes, quorum tumultum mature audire fertur, quantum fieri poteſt ſubterfugit ſeq; ſalvat.

Ætatis indicium ſumitur a *dentium hebetudine* & acumine, alias ad 30. & 40. annos vitam protrahunt; immo ut ex relatione habeo ad 78. annum usque delectationis gratia nutritus, tandemque a morſu ab alio accepto mortuus eſt. Cibum capiendo fibras frondium caute abjicit, ut habet *Zvvikerus*.

## §. IX.

*Ad nos aſportantur ex* Ilera *&* Danubio, *etiam à* Bibero *prope* Leipheim, *ubi piſcatores*

*tores & alii ad id officii genus conſtituti eos ſumma cum diligentia indagant ac perſequuntur. Pulcherrimi habentur qui ſunt nigri coloris;* Polonia *etiam ob id laudatur quod pulchros atq; copioſos caſtores communicet.*

## Additamentum Franci.

Maximam copiam ante 40 & 50. annos *Ilera* fluvius ſubminiſtrabat, ut numerus captorum caſtorum ſpacio trium annorum ibi 120. exceſſerit, jam vero nullus videtur, cauſſa eſt, ceu ex viro rei piſcatoriæ perito habeo, captura caſtorum prægnantium. Ante aliquot annos etiam in foſſis ſub urbanis noſtris perſecuti, iisq; lenticulæ poſitæ fuerunt, aſt hodie nullum eorum adeſt veſtigium, nec *Danubius*, niſi *Auſtria* miniſtret, ullum alit; an vero fluviolus Biber/ qui infra *Ulmam* non longe ab Urbecula *Leipheim* à meridie *Danubio* jungitur, ab hujus animalis copia & habitatione nomen acceperit, nemo in dubie inſtruet, certiſſimum eſt, ſenes non meminiſſe quod ibidem fibri habitaverint.

Circa

Circa *Riſſam* prope *Biberacum* olim magna copia, ſi annales fidem tenent, eorum inventa, aſt hodie rariſſimi ſunt: alias a fluvio *Galliæ le Rhosne & Marne* celeberrimis cæteris propter alimentum quo utuntur & Regionis præſtantiam meliores advehuntur. D. *Gabriel Didymus* ſcribit: Optimæ notæ caſtoreum *Gaudentio Leſchenbrandio Pharmacopœo* transmiſſum fuiſſe anno 1574. ex fluvio *Rha*, qui hodie dicitur *Wolga*, hinc indicium hoc animal inveniri circa flumina *Moſcoviæ*.

Circa fluvium Helvetiæ *Rüſs*, imprimis ubi ſe *Arolæ* jungit, & cum illa *Rheno* miſcetur, multi reperiuntur fibri. *Viſtulam* mediam Poloniam decurrentem, & non nullas *Bruſſiæ Urbes* alluentem caſtoreum mittere in copia perhibetur; Et *Sana* qui in *Ruſſia nigra* Viſtulam influit id etiam ſuppeditat.

Multa etiam hujusmodi animalia in *Canada* & univerſis *Indorum Occidentalium Regionibus* naſcuntur, quorum pelles & folliculi ad eorum Emporia deferuntur.

Ratio electionis parvi æſtumatur, modo apud nos in copia eſſent, ut evitetur *adulteratio* quæ ſæpiſſime in folliculis ſ. ſacculis inguinalibus locis diſſitis ad nos allatis accidit, in quibus fraudem detegere diligenti opus eſt examine; quod infra tractabimus.

§. X.

*Et ob hujus animalis* pellem, pinguedinem, ſanguinem, pilos, dentes, *præprimis vero* ſacculos *ac* tumores *infra pedes poſteriores plerumque inſectatur ac perſequitur, & ita qualibet nominata at recenſita pars ſuo uſu in Medicina minime deſtituitur ipſa experientia teſte, & nos jam nunc in eo ſumus occupati iſtum uſum ſingulatim ex fundamento deducere & ob oculos ponere.*

## Additamentum Franci.

Explorata hactenus *phyſica parte* caſtoris, pergit noſter in recenſendis partibus ad *uſum medicum* ſpectantibus, easque ordine aggreditur, cujus veſtigia prementes, noſtrum

ſtrum veterum tam quam Recentiorum exemplis in quibus virtus partium caſtoris ſingulariter eluceſcit; illuſtrabimus, & incipit à *pelle fibrina.*

## §. XI.

Pellis *caſtoris igitur utilitatem præbet in* dolore colico, *in* matrice doloroſa, *in* mania, *ubi calide applicatur ac imponitur, quod ipſe in praxi mea expertus fui quodam in homine, in Wurtenbergia, poſtquam enim caſtor excoriatus; ægro caput raſum & pellis recens impoſitus eſſet, ſenſim ſenſimque DEI gratia ac auxilio convaluit. Etiam proficuum eſt in* ſpaſmo *præcipuè gravidam cincto ventre ubi dolorem lenit. Uſurpavi ac impoſui* ſtomacho debili *magna cum virtute; non minus etiam infantibus in* Atrophia; *ac aliis ægrotis dum* exulcerantur jacendo, *uti hoc Vir ſpectabilis quidam Decanus approbat atq; laudat. Haud pridem Judæus quidam me adiit, quem non ignorabam, ad viſendum, & cum ex me audiviſſet in animo habere atque occupatum eſſe de caſtore aliquid conſcribere, dixit*

*ſe aliquod artificioſi me edocturum eſſe, quod à ſuis Majoribus & originaliter pro certo à* Rege Salomone *promanaſſet; ſi quis nempe ex* caſtoris pelle *pileum factum geſtet in capite, atq; quolibet menſe caput una cum ſpina* oleo caſtoris *inungat, & quotannis bis de* caſtoreo ad pondus aurei *aſſumat, tam excellentem* memoriam *ſit conſequuturus, ut omnia retinere valeat, quicquid ſemel tantum lecturus ſit, quod ego, quia quam maxime materiæ convenit ac huc quadrat, apponere non dubitavi, interim tamen liberum cuilibet judicium ac probationem relinquo.*

## Additamentum Franci.

*Pellis caſtoris* in omnibus frigidis affectibus externe impoſita valde utilis, idque confirmat modo dictus *Ehingerus* his verbis: ***cum pelle caſtoris in dubitato curabis hanc ægritudinem*** [præfocationem matricis] *ſi umbilico applicetur & continuo feratur.*

Et *colica* à flatibus orta in jecto bis in die enemate ex carminativis & applicata ventri *pelle caſtoris* cum forti ligatura, curata ab *eodem.*

*eodem.* Utrum vero pellis an ventris compreſſio magis affectum compeſcuerit, quemlibet ſuo ſenſu abundare patiar.

Hujus uſus in *Arthritide*, & *Podagra* probatus obſervatur, exempli loco ſit *Joannes* Bericht Myropola Noricus, qui pedibus manibusque doloroſis ex pelle caſtoris confectas manicas & caligas ſummo cum fructu applicavit, conſilio *Jo. Sagittarii* Medici Norici.

Patet hinc *uſus mechanicus* dum ex pelle hac pellionum arte prius propterea pilis abraſis æſtivo tempore, vel non demtis hiberno tempore chirotecæ pelle vulpina ſubductæ conficiuntur divitumque ornant manus. Et licet denique uſus partium caſtoris in Medicina eximius ſit, aſt cum *memoriam* taliter augendi veritatis fidem excedat, nec ab experientia & fide digno proveniat, Judæo Apellæ credendum merito relinquam. Alias *cuſpides fuſi vel ferri* extraxiſſe pellem circumligatam pro certo affirmat *Georgius Geigerus* Medicus Ulmanus.

§. XII.

## §. XII.

*Non minus commodi in ſe continet* pinguedo *Fibri, nam ſi externe calide applicatur, in omnibus affectibus, qui a nervis procedunt validum ac ſalutare remedium exiſtit. Prodeſt in* Epilepſia, Apoplexiam *ſufflaminat ac impedit*, Lethargum *inhibet, avertit* ſpaſmum & motus convulſivos, *roborat & emollit* nervos immobiles, *removet* uterinos dolores, *mirifice prodeſt in* vertigine, odontalgia, aſthmate, vomitu, nauſea, colica, *adhibetur etiam in* tenaſmo & dyſenteria, doloribus renum; *præprimis ſalutare ac efficaciſſimum remedium ab iſta pinguedine expertus fui in* articulorum doloribus, *uti Vitriarius Ulmenſis qui lapſu aliquo infelici magnos dolores ſiniſtro in latere die nocteque habuit, atque multa inutiliter applicata medicamina uſurpavit, adhibuit & aſſumſit, hac* pinguedine *vi DEI auxiliatrice priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt.*

Addi-

## Additamentum Franci.

Heic intelligitur unctuoſa pars folliculorum minorum, quam ſtatim ne corrumpatur eximendam cenſeo; differt ab *adipe* inter pellem & carnem ♁ſæ lactis butyroſæ reſpondenti, aſt ab Auctoribus non ita attenditur, quamvis unctuoſa pars illa penetrantior ſit, & diſtingui poſſit inter *pinguedinem* & *adipem* ratione particularum volatilium ♀earum, hinc attenuat, emollit, abſumit, & vim inſignem penetrandi habet, ob id in nervis & nervoſis partibus roborandis mira præſtat, & magis pro externo uſu commendatur, variisque affectibus, quos B. Auctor recenſet, ſolamen promittit. Videbimus aliquot exempla virorum Clariſſimorum è tenebris eruta.

Anno 1573. die 4. Januarii *Dieterici Schertelii* Archigrammatei vidua inter laborandum apoplexia correpta concidit, vocatus ego [D. *Fridericus Fuchſius*] ex pulſu vitæ remanentiam deprehendi, ideo forti clyſtirio præmiſſo curavi ut phlebotometur vena ce-

na cephalica deinde abraſo capite ſequens, cerotum applicavi.

℞. ſem. ſinap.
fumar. ā ℈ii.
♁is viv. ʒj.
rad. pyreth.
euphorb. ā ʒiß.
nuc. Moſch. ʒß.
maſtic. ℈iiij.
gum. juniper.
pip. rot. ā ℈i.
caryophyl. arom.
cubeb. ā ℈ß.
ſagapen ʒiß.
croc. ℈ß.

pulveriſata ſingula ſubtiliter commiſce & cum ſ. q. *axung. caſtor.* cera & pice in corporentur ſimul & f. cerotum.

℞. MPill. fætid. ℈j.
*caſtor. pulveriſ.* gvj.
diacryd. gij.

formentur pilulæ numero XIX. cum oxymel. ſimpl. & aſſumantur in medio noctis, poſtea

poſtea facto cauterio & theriaca med. æt. impoſita linguæ iterum reſtituta.

*Marcus Wolfartus* Med. Memmingenſis annotavit, ſe *lethargiam* quæ à frigiditate juncta cum humiditate, ortum duxerat in *Balthaſaro Funcken Cos.* cum conſueta conſilia non profeciſſent, ſequentis unguenti beneficio curaviſſe.

℞. *axung. caſtor.*
ol. i majoran. ā ℥j.
de pyreth.
ſeſamin. ā ʒß.
pulv. caryoph. ʒj.
ceræ alb q. ſ. f. Linimentum quo capillis prius deraſis capite ſæpius uncto excitatus eſt.

*D. Joannes Stokerus* Medicus Ulmenſis experientiſſimus contra *dolorem extremitatum manuum* ſequens unguentum compoſuit in Praxi Mſta quæ ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ καὶ ζήσωμεν; expectanda erit.

℞. ping. canis
vitul.
de *caſtor* ā ℔ß.

ol. i lau-

🜍i laurin. ℥iij.
pulv. bacc. laur.
oliban ā ℥iij.
maſticis. ℥ij.
arg. viv. extinct. in 🜄a vit. M. f. unguentum cum quo inungantur loca doloroſa ante cubitum, & ſi adderetur 🜍um de vitell. ovor. eſſet majoris efficaciæ, ego potius dimitterem arg. vivum.

Idem *Stokerus* in Tract. Mſto *de Ægritudinibus infantum*, tuſſim depellit ſequentibus: exhibet caſſiæ in can. ℥ij. aut extractum ejusdem ʒvj. vel ſecundum ætatem & diſpoſitionem. Deinde fecit inungi pectus ſequenti unctione.

℞. 🜍i violar.
amygdal. dulc. ā ℥j.
butyr. rec. ſ. 🜔e.
*ping. caſtor.* ā ʒiſs.
croc. gij.
ceræ parum M. f. unguentum molle pro pectore.

Anno 1567. colica in *Samuele Faulhaber* a Doctore *Carolo Ekholdo* ſequenti enemate curata die 6. Septembr. ℞. menth.

℞. menth. Miij.
origan.
flor. chamom. ā Miſs. coq in ſ. q.
▽æ com.
℞. colat. ℥x. & adde
*axung. caſtor.* ℥j. M. pro Enemate.

Anno 1647. die 30. Jan. *Catharina Beſingerin* doloribus uterinis à corruptis vaporibus vexata cum interna non admitteret, emplaſtrum ſequens infra umbilicum applicari curavit *D. Auguſtinus Thonnerus* Medicus feliciſſimus in Praxi Mſta.

℞. galban. el.
gum. tacamah. ā ʒvj.
axung. caſtor. ʒij. M. extende alutæ, quo brevi dolore placato perſuaſa fuit, ne recidiva ſuccedat, vino medicato utatur, quæ tandem bono genio inſtigata mihique ſæpius in via publica gratias egit maximas.

Pinguedine item caſtoris optimo effectu utimur in *aurium affectibus*, imprimis ſi dolor urgeat:

*ſe aliquod artificioſiſsime edocturum eſſe, quod à ſuis Majoribus & originaliter pro certo a* Rege Salomone *promanaſſet; ſi quis nempe ex* caſtoris pelle *pileum factum geſtet in capite, atq; quolibet menſe caput una cum ſpina* ℞o caſtoris *inungat, & quotannis bis de* caſtoreo ad pondus aurei *aſſumat, tam excellentem* memoriam *ſit conſequuturus, ut omnia retinere valeat, quicquid ſemel tantum lecturus ſit, quod ego, quia quam maxime materiæ convenit ac huc quadrat, apponere non dubitavi, interim tamen liberum cuilibet judicium ac probationem relinquo.*

## Additamentum Franci.

***Pellis caſtoris*** in omnibus frigidis affectibus externe impoſita valde utilis, idque confirmat modo dictus ***Ebingerus*** his verbis: ***cum pelle caſtoris in dubitato curabis hanc ægritudinem*** [præfocationem matricis] ***ſi umbilico applicetur & continuo feratur.***

Et ***colica*** a flatibus orta injecto bis in die enemate ex carminativis & applicata ventri ***pelle caſtoris*** cum forti ligatura, curata ab ***eodem.***

*eodem*. Utrum vero pellis an ventris compreſſio magis affectum compeſcuerit, quemlibet ſuo ſenſu abundare patiar.

Hujus uſus in *Arthritide*, & *Podagra* probatus obſervatur, exempli loco ſit *Joannes* Bericht Myropola Noricus, qui pedibus manibusque doloroſis ex pelle caſtoris confectas manicas & caligas ſummo cum fructu applicavit, conſilio *Jo. Sagittarii* Medici Norici.

Patet hinc *uſus mechanicus* dum ex pelle hac pellionum arte prius propterea pilis abraſis æſtivo tempore, vel non demtis hiberno tempore chirotecæ pelle vulpina ſubductæ conficiuntur divitumque ornant manus. Et licet denique uſus partium caſtoris in Medicina eximius ſit, aſt cum *memoriam* taliter augendi veritatis fidem excedat, nec ab experientia & fide digno proveniat, Judæo Apellæ credendum merito relinquam. Alias *cuſpides fuſi vel ferri* extraxiſſe pellem circumligatam pro certo affirmat *Georgius Geigerus* Medicus Ulmanus.

§. XII.

## §. XII.

*Non minus commodi in ſe continet* pinguedo *Fibri, nam ſi externe calide applicatur, in omnibus affectibus, qui a nervis procedunt validum ac ſalutare remedium exiſtit. Prodeſt in* Epilepſia, Apoplexiam *ſufflaminat ac impedit*', Lethargum *inhibet, avertit* ſpaſmum & motus convulſivos, *roborat & emollit* nervos immobiles, *removet* uterinos dolores, *mirifice prodeſt in* vertigine, odontalgia, aſthmate, vomitu, nauſea, colica, *adhibetur etiam in* tenaſmo & dyſenteria, doloribus renum; *præprimis ſalutare ac efficaciſſimum remedium ab iſta pinguedine expertus fui in* articulorum doloribus, *uti Vitriarius Ulmenſis qui lapſu aliquo infelici magnos dolores ſiniſtro in latere die nocteque habuit, atque multa inutiliter applicata medicamina uſurpavit, adhibuit & aſſumſit, hac* pinguedine *vi DEI auxiliatrice priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt.*

Addi-

## Additamentum Franci.

Heic intelligitur unctuoſa pars folliculorum minorum, quam ſtatim ne corrumpatur eximendam cenſeo; differt ab *adipe* inter pellem & carnem ♃ſæ lactis butyroſæ reſpondenti, aſt ab Auctoribus non ita attenditur, quamvis unctuoſa pars illa penetrantior ſit, & diſtingui poſſit inter *pinguedinem* & *adipem* ratione particularum volatilium ♀earum, hinc attenuat, emollit, abſumit, & vim inſignem penetrandi habet, ob id in nervis & nervoſis partibus roborandis mira præſtat, & magis pro externo uſu commendatur, variisque affectibus, quos B. Auctor recenſet, ſolamen promittit. Videbimus aliquot exempla virorum Clariſſimorum è tenebris eruta.

Anno 1573. die 4. Januarii *Dieterici Schertelii* Archigrammatei vidua inter laborandum apoplexia correpta concidit, vocatus ego [D. *Fridericus Fuchſius*] ex pulſu vitæ remanentiam deprehendi, ideo forti clyſtirio præmiſſo curavi ut phlebotometur ve-

na ce-

na cephalica deinde abraſo capite ſequens, cerotum applicavi.

℞. ſem. ſinap.
fumar. ā ℈ii.
♁is viv. ʒj.
rad. pyreth.
euphorb. ā ʒiß.
nuc. Moſch. ʒß.
maſtic. ℈iiij.
gum. juniper.
pip. rot. ā ℈i.
caryophyl. arom.
cubeb. ā ℈ß.
ſagapen ʒiß.
croc. ℈ß.

pulveriſata ſingula ſubtiliter commiſce & cum ſ. q. *axung. caſtor.* cera & pice incorporentur ſimul & f. cerotum.

℞. MPill. fœtid. ℈j.
*caſtor. pulveriſ.* gvj.
diacryd. gij.

formentur pilulæ numero XIX. cum oxymel. ſimpl. & aſſumantur in medio noctis, poſtea

poſtea facto cauterio & theriaca med. æt. impoſita linguæ iterum reſtituta.

*Marcus Wolfartus* Med. Memmingenſis annotavit, ſe *lethargiam* quæ à frigiditate juncta cum humiditate, ortum duxerat in *Balthaſaro Funcken Cos.* cum conſueta conſilia non profeciſſent, ſequentis unguenti beneficio curaviſſe.

℞. *axung. caſtor.*
ꝏi majoran. ā ℥j.
de pyreth.
ſeſamin. ā ʒß.
pulv. caryoph. ʒj.
ceræ alb q. ſ. f. Linimentum quo capillis prius deraſis capite ſæpius uncto excitatus eſt.

*D. Joannes Stokerus* Medicus Ulmenſis experientiſſimus contra *dolorem extremitatum manuum* ſequens unguentum compoſuit in Praxi Mſta quæ ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ καὶ ζήσωμεν expectanda erit.

℞. ping. canis
vitul.
de *caſtor* ā ℔ß.

ꝏi lau-

℈i laurin. ℥iij.
pulv. bacc. laur.
oliban ā ℥iij.
maſticis. ℥ij.
arg. viv. extinct. in ▽a vit. M. f. unguentum cum quo inungantur loca doloroſa ante cubitum, & ſi adderetur ℈um de vitell. ovor. eſſet majoris efficaciæ, ego potius dimitterem arg. vivum.

Idem *Stokerus* in Tract. Mſto *de Ægritudinibus infantum*, tuſſim depellit ſequentibus: exhibet caſſiæ in can. ℥ij. aut extractum ejusdem ʒvj. vel ſecundum ætatem & diſpoſitionem. Deinde fecit inungi pectus ſequenti unctione.

℞. ℈i violar.
amygdal. dulc. ā ℥j.
butyr. rec. ſ. ⊖e.
*ping. caſtor.* ā ℥iſs.
croc. gij.
ceræ parum M. f. unguentum molle pro pectore.

Anno 1567. colica in *Samuele Faulhaber* a Doctore *Carolo Ekholdo* ſequenti enemate curata die 6. Septembr. ℞. menth.

℞. menth. Miij.
origan.
flor. chamom. ā Miß. coq in ſ. q.
▽æ com.

℞. colat. ℥x. & adde
*axung. caſtor.* ℥j. M. pro Enemate.

Anno 1647. die 30. Jan. *Catharina Beſingerin* doloribus uterinis à corruptis vaporibus vexata cum interna non admitteret, emplaſtrum ſequens infra umbilicum applicari curavit *D. Auguſtinus Thonnerus* Medicus feliciſſimus in Praxi Mſta.

℞. galban. el.
gum. tacamah. ā ʒvj.
axung. caſtor. ʒij. M. extende alutæ, quo brevi dolore placato perſuaſa fuit, ne recidiva ſuccedat, vino medicato utatur, quæ tandem bono genio inſtigata mihique ſæpius in via publica gratias egit maximas.

Pinguedine item caſtoris optimo effectu utimur in *aurium affectibus*, imprimis ſi dolor urgeat:

℞. lact. mulier. ſan. ℥j.
opii thebaic. gv.
*ping. caſtor.* ℈ß.
facta debita diſſolutione percola, & liquor ſervetur in vitro, de quo aliquot guttulæ tepide auribus inſtillentur.

In tinnitu aurium *D. Jo. Michaelis* in Comment. Mſto ad *Jonſton.* praxin. commendat ſequentem mixturam.

℞. axung. vip. ℈j.
*caſtor.* ʒj. M. S. äuſſerl. Sälblein zu den Ohren.

Idem ad ♀em augendam & ſtimulandam ſequentem balſamum ſuadet.

℞. ☍i formic. comp. ʒij.
deſt. caryophyll.
piper. ā gttvj.
*ping. caſtor.* ʒß. cum ſ. q. ceræ & corporis pro balſamo f. l. a. Balſamus. S. Allamodi Balſam.

*Idem* ſequentem balſamum in *Epilepſia puerorum* deprædicat valde.

℞. balſami rut.
ſuccin. ā ʒß.
*ping. caſtor.* ℈j. M. S. äuſſerl. Balſam.

Cla-

Clariſſimus *Wedelius* pinguedinem hanc unguentis in *fœtu mortuo pellendo* umbilico applicandis immiſcet; eandem etiam *in affectibus nervorum* commendat, cujus *unguentum paralyticum* eximium ex Collegio Mſto de formulis heic habeto.

℞. ungti nervin. ℥j.
*pingued. caſtor.* ʒj.
🝆 laurin. ʒvj.
d. ſuccin.
piper.
ſpic. ā gtt. vj. M. f. unguentũ.

Hoc, ut mea admiſceam, præterito anno militem *Johannem Laupheimerum* paralyticum, præmiſſo diaphoretico ex ▽a ſambuci, ♁io diaph. Cinnab. min. rit. ppt. & roob juniperin̄o brevi per DEI gratiam reſtitui.

Huc facit quoque *unguentum paralyticum D. Jo. Michaelis* quod

℞. balſam. paralyt. M. ℈ij.
*ping. caſtor.* ʒj. M.

Sequens quoq; unguentum multis ſuffocatione uteri laborantibus *aſt non omnibus* fæmellis ſalutare fuit.

℞. ☍i laurin. ʒij.
d. menth.
meliſs. ā ʒß.
ſuccin. gtt xxij.
*axung. caſtoris* q. ſ. cui pro lubitu balſ. de peru ʒiß. addi poteſt. Studio dico *non omnibus*, aliquoties enim obſervavi, non quidem meo damno, caſtorina imprimis externa, licet commendentur ad ſuffocationem uterinam, facile tamen non nullas mulieres odore illius offendi, & præſertim illas, quæ rarenter huic malo obnoxiæ ſunt, hinc non promiſcue hæc talia graveolentia præſcribere ſoleo.

A *diſtenſione fœtus* majoris venter mulieris ordinariè præſertim in delicatulis corrugatur, hinc ut iterum lævigetur, ſequens modo laudatus *Wedelius* ſparadrapum applicat.

℞. ☍i lil. albor.
violar.
chamom.
lini. ā ℥iij.
ovor. ℥iiij.

cera

ceræ ℥ij. l. iij.
ſperm. cet.
*axung. caſtor.* ā ℥ß. M. quod etiam in *doloribus poſt partum* applicat cum ſucceſſu.

Ad *procidentiam uteri Idem* cum aliis laudat

℞. ℅i momor.
lil. alb. ā ℥j.
*ping. caſtor.* ʒj. M. quo calide uterus inungatur & ſic lubricatus iterum reponi poteſt.

Expertum etiam eſt medicamentum in *doloribus odontalgicis* graviſſimis & fere incurabilibus probatum. *Dardanarii cujusdam Filia* præ doloris atrocitate dentium nuper tres dentes, aſt ſine commodo, ſibi extrahi curabat, ad me tandem opis gratia confugit, cui ut ſequens applicetur, felici auſpicio ſuaſi.

℞. emplaſtr. de melil. ʒvj.
gum. juniper. ʒij.
tacamah.
maſtich. ā ʒß.
*ping. caſtor.* q. ſ. M. fiat emplaſtrum

dolenti maxillæ applicandum. *Vitriarius* cujus mentionem fecit B. Auctor non ſola pinguedine, ſed mixta cum aliis fuit curatus, teſtante Praxi ejusdem Mſta.

℞. ung. de cynogloſs.
*pingued. caſtor.* ā ℥j.
℅i laurin. ℥ß.
d. juniper. ℥ij.
ceræ parum ut fiat unguentum.

## §. XIII.

coq. in ſ. q. 🜄æ ſ. pro ditiorib. in vino, colaturæ ℞. ℔j. in quo diſſolv. Elect. bacc. laur. ℥iß. *caſtor.* ʒß. 🜍 deſt. rut. chamom. aneth. a gttiiij. f. l. a. Clyſma. D. *Harderus* ſeq. valde laudat

℞. ſucci morſi gallin. ʒij,
*caſtor.* ℈ij,
vini hiſp.
🜄æ ſtill. menth. ā ℥ß. M.

Anno

Anno 1571. die 18. Aug. David Mindler coram me [D. *Eckoldum*] de dolore ſtomachi, vomitu inani, dolore dorſi, & conſtipatione per 2. dies alvi conqueſtus, Tu, *dixi*, devoraſti magnam quantitatem pyrorum acerborum, hæc dicitur colica, à fæcibus induratis, ſequentibus utere, & ſanaberis:

℞. alih.
malv.
☿ial.
melilot.
chamæm. ā mß,
ſem. lini.
fænugr. ā ℥j,
ficuum n. vj.
flor. melil. p.iij,
coq. in ▽æ ſ. q. colat. ℞. ℔j. Elect. bened. laxat. diaphœnic. ☍i lil. alb. *caſtor.* ā ℥j. ⊖is foſſilis parū, commixtis omnibus fiat clyſma.

℞. ☍i chamæm.
laur.
*caſtor.* ā ℥j,
juniper. ʒiij, M. quo locus dolens inungatur.

D. *Jacobus Zaemannus* anno 1644. Ludovici Schmid Reſtionis filio *colica* laboranti ad dolorem demulcendum, & tenſionem tollendam ſeq. dedit.

℞. 🝆i lil. albor.
chamom. ā ℥j,
*caſtor.* ℥ß. M. S. Oel über den Leib.

Sequentem mixturam diverſis perſonis colica laborantibus profuiſſe vidimus

℞. 🜄æ menth.
vin. malvat. ā ℥j,
*eſſent. caſtor.* gttxxj.
🝆i aniſ. ſacch. imprægnat. gttiiij,
ſir. menth. ℥ß. M.

Et ſeq. guttatim ſumtum multos *colicos* feliciter liberavit, meq; nunquam fefellit:

℞. ∾us ♀ri gxv,
chamom. rom. ʒj,
*eſſent. caſtor.* ʒß. M. S. wider die Grimmen.

℞. 🜄æ ad flatus R. ℥ij,
dolor. m. ord. ℥j,
*extract. caſtor.* giij,
ſir. menth. ℥ß. M. Grimmen-Tränck-lein.

In

In Viro pauperrimæ conditionis *colicâ* vexato hoc efficaciſſimum vidi.

℞. *extract. caſtor.* giij,
laud. opiat. gj,
🜕i aniſi gttj, M. f. pil. n. iiij, pro unâ doſi S. Pillen für das Reiſſen im Leib.

Nuper Dn. *Michaeli Schefolto* Adfini honoratiſſimo dolore colico acerbiſſimo, quem vix ſuſtinere poterat, torquenti, ceteris nil juvantib. præſcripſi, duabus horis poſt dolor omnino ſedatus, & hilariter prodeambulavit.

℞. 🜄æ dolor. m. ord. ℥j,
🜕i cumin. ſacch. imprægn. gttvj,
*eſſent. caſtor.* gttiij,
ſir. menth. ℥ß. M. S. Grimmen-Träncklein.

Nuper civi hinc meo ad *dolorem colicum*, qui atrox & continuus erat, demulcendum, & tenſionem tollendam, pulv. hunc in vino optimo ſumendum cum utilitate ſumma deſtinavi.

℞. *caſtor.* el. ℈ß.
pulv. cortic. arant.
ſem. cimini ā ℈j, M.

Alias [illegible]*um* meum *phyſogonum* interdum admiſcere ſoleo, qui & ſolus cum vino propinatus prodeſt

℞. rad. imperat. ℥iij.
Zedoar. ℥j,
angelic. ℥ß.
herb. menth. criſp.
rut,
veronic.
ſummit. chamom. ā miiij,
ſem. pimpinell.
aniſ.
cimin,
ſeſam.
cort. coſtin.
aurant,
*caſtor*. el. ā ℥j,
cinam. acut. ℥ij,
bacc. laur. ℥iß.

inciſ. contuſ. g. m. infunde omnia in ſ. q. vini opt. per aliquot ſeptimanas in digeſtione deinde deſt. ſubtiliſſima pars, eamq; ſerva ad uſum.

Quod autem *caſtoreum* ſterilitatem inducat, tantum de nimio uſu, quemadmodum

in

in Inaugurali mea de ſterilitate muliebri mentionem feci, accipiendum, nec ſapor caſtorii tam gratus, ut mulierculæ noſtræ eo delectentur, ad hæc parciſſimæ ſunt in doſi, ſie ſchaben nur ein kleines Meſſer-Spitz-lein voll in ein Löffelein mit Fleiſchbrühlein & ægræ propinant.

## §. XX.

In dentium doloribus *caſtoreum non parum ceu probatum remedium inventum, quia materiam morboſam & viſcoſam catarrhalem aufert, quicunque enim hos dolores ſæpius expertus eſt, is faciat caſtoreo periculum, ingentes gratias atque laudes mecum DEO aget.*

## Additamentum Franci.

*Odontalgia* jure merito atrociſſimis doloribus annumeranda vel præferenda, quia multos ſæviendo ad deſperationem & blaſphemias adigit, parco mecum viventibus; frequentiſſimus dolor omnem invadens ætatem, etiam infantes ætatis ſex menſium

torquet, quin & totas familias divexat creberrime, quæ non immerito dici poteſt communicativa vel hæreditaria. Multis enim notum, quantum vel mas vel fœmina ad hunc dolorem producendum & propagandum conferre poſſit, ſi ſc. vel ovula harum, vel contactus illorum ~oſus talismodi idæis ſcatent. Anſam huic malo etiam influentiæ præbent aſtrales, quemadmodum D. *Wedelius* in *Thematologia* Mſta doctiſſime more ſuo diſſerit.

Ad hunc affectum laudatur ▽a dentium quam D. *Schapplerus* ita parari jubet;

℞. rad. tarax.
pyreth. ā ʒij,
dictamn.
cort. raphan,
acac,
pini. ā ʒß,
*caſtor*. opt.
maſtic. ā ℈ß.
caryophyll. n: iij,

incıſ. & contuſ. infund. in vin. rubr. ▽æ ſolani ā ℥v, per noctem, ſtentq; in calenti loco, mane poſt unicam ebullitionem ℞. colat.

lat. ℥viiij, diamor. ℥ij, commiſce & aſſerva in vitr. quo ſæpius os calide colluatur.

Sequentibus trochiſcis atroces *dentium dolores* brevi temporis ſpacio liberavit Auctor *Anonymus* in *Experimentis Medicis.*

℞. piper. alb.
ſem. hyoſciam. ā ʒj,
opii ʒſs.
croc. ℈ß.
ſpicæ g̃iij,
pyrethri
*caſtor.* ā ℈ß.
cum melle deſpumato f. trochiſci parvi.

Sic vinum decoctionis rad. pyrethri & *caſtorei* dolorem dentium arcere aſſerit *Simpertus Linſius* Practicus Memmingenſis.

D. *Didymus* ſequentes Pilulas expertas habuit in doloribus dentium à cavitate ortis:

℞. ladan. puriſs.
*caſtor. opt.*
opii ā g̃iij, fiant pill. minores quarum una applicetur denti cavo, nec laude ſua deſtituitur emplaſtrum *ejusdem* deſcriptum:

℞. pulv. melil.
origan. ā ʒij,
*caſtor*. ʒß.
theriac. ʒv, cum ✠to acerrimo fiat
paſta, & applicetur maxillæ dolenti.

Mirabilis plane operationis eſt ſequens *balſamum dentale*, cujus beneficio atrociſſimos dolores dentium, adnuente DEI gratia, quemadmodum notum eſt, curavi:

℞. ☍i del ſcoto ʒij;
nicot.
*caſtor*.
opii theb. ā ℈j,
extract. lign. gvajac.
ſalv. ā q. ſ. M. f. Balſamum
quo gingivæ illini debent.

## §. XXI.

Eminentiam *ani caſtoreum reſtituit: mulier quædam quæ alvi adſtrictione diu laborabat, & hac ex cauſa ani egreſſionem cauſabatur, hac medicina fuit reſtituta. Et non ignotus Præceptor claſſicus in tam moleſtiſſimo morbo uſu caſtorei meliorationem ſentiebat.*

Addi-

## Additamentum Franci.

Diverſas habet *Eminentia ani* cauſſas, præcipuas vero nimium conatum, intemperiem frigidam, lubricitatem, & violentum caſum, huc autem caſtorina commendamus, quæ & adſtringunt, calefaciunt, & corroborant nervos & muſculos, qui poſt depoſitum ſtercus anum propulſum retrahere ſolent. Antiquitatis veſtigia ſequemur: D. *Wolfartus* in Simone Eilberg ovium DEI Paſtore Jungingenſium anno 1570. procidentiam ani madefacto prius loco ▽a decoctionis tormentillæ; ſumach. & ſem. plantag. ſequenti pulvere inſperſo curavit:

℞. pumic.
myrrh. ā ℨj;
*caſtor.*
aſphalt. ā ℨß.
capul. glandium ℈j, M. f. pulvis.

*Huic malo* [dyſenteriæ ſc. ait D. *Fridericus Fuchſius*] *ſupervenit aliud malum; nempe procidentia ani, quæ magnum dolorem intulit; repoſui tamen per manum Magiſtri Sebaſtiani Bauleri Chirurgi & ſequenti linimento:*

℞. boli arm. ℥j,
plumbi uſti
*caſtor.*
myrrh.
tutiæ ā ʒij,
☍i myrtill. ℥ß,
ſucci plantag.
vini rubr. ā ℥ß.

bulliant humida ad conſumtionem ſucci & vini deinde colentur, quibus adde ceræ q. ſ. & reliqua in pollinem prius redacta, & fiat unguentum in mortario plumbeo reformatum.

Alias in egreſſione ani nihil præſtantius eſſe ipſo caſtoreo, in ✚to miſſo donec coloretur, ac eo calide cum ſpongia applicato teſtatur *Laurentius Gualtherus Kuchelius* Medicus olim experientiſſimus.

*Mulier*, de qua Noſter Auctor loquitur, hoc morbo vexata, fuit *Sigismundi Biekhardi* uxor, quæ ſequenti liberata absq; recidiva.

℞. ☍i myrtin. ℥j,
gallar. contuſ. ʒij,
croc. ♂tis adſtring. ʒj,

*caſtor.*

*caſtor.* ℥ß.
ceræ ℥iß. M. f. unguentum.

§. XXII.

*Et quia abortum cauſatur, bonum eſſe inveni in pellendo fœtum vivum & mortuum, nam quum* Martini Scheineri *militis uxor in partus vinculis conſtricta fuiſſet, atque nec ullus vitæ halitus in infante animadverteretur, neque progreſſum felicem haberet, tandem DEI auxilio & caſtorii liberata.*

## Additamentum Franci.

Heic obſervatis exactiſſime circumſtantiis & partibus ad expulſionem aptis exiſtentibus laudabiliter ſe gerit caſtoreum noſtrum.

Mihi in uſu eſt ſequens mixtura in quibusdam feminis experta.

℞. ...us fuliginis
matric. Scult.
*eſſentiæ caſtorii* ā ℥ß.
Ol. deſt. ſabinæ gttv.
cinam. gttij. M. S. treibende
Mixtur.

Expertum quin & arcanum ſingulare ſuum D. *Kuchelius* anno 1579. die 8. Aprilis uxori Michaelis Mürdelii Lanionis per triduum difficili partu laboranti dedit, & ſequenti die feliciter peperit.

℞. cinam. el. ʒij,
C. C. uſti.
*caſtor.*
ciner. lumbr. 🜄ſtr. ā ʒß.
ſacch. cand. ℥ß. f. pulv. capiat ʒj. in
🜄a chærefolii & artemiſii & utatur ſequenti unguento quo inferior pars ventris inungatur:

℞. axung. gallin. ℥ij,
🝆i lilior.
lumbric. 🜄ſtr. ā ℥j,
*caſtor.*
anethin. ā ℥j.
jasmin.
myrrh. ā ʒij, M. f. unguentum.

*Anonymus* quidam in *Experimentis Mſtis* ſuis effingit ex *caſtoreo* & aliis paucis ingredientibus ſequentem pulverem *partum* maxime facilitantem doloresque ſubſequentes atrociſſimos mitigantem.

℞. ſuc-

℞. Succini citrin. ℈j,
croc. ℈ß.
oſs. de cord. C. ℥iij,
*caſtor*. ℥v.
marg. ppt. ℥ij, M. f. pulv. tenuiſs.

Und wann der Frauen wehe iſt / ſo ſolle man ihr ein Süpplein machen / das Pulver darein rühren gleich wann ſie es eſſen will / je näher ſie zu der Geburt hat / je beſſer iſt es / ſo gebühret ſie deſto ſänffter. Probatum eſt.

Sic D. *Mart. Neufartus* ſequentes pilulas magnis extollit laudibus ad partum difficilem:

℞. bdell ʒj,
*caſtor.*
troch. de myrrh.
ſtyrac. calam. ā ℈j,
f. cum ſir. roſ. lax. Pil. ex ʒj, vj, dentur pro una vice, has, inquit, ſecuta eſt anno 1576. die 2. Junii in Bartholomæi Dullenkopffii Uxore partus duorum filiorum velociſſimus.

Anno 1569. die 6. Januarii vocatus [D. *Eckoldus*] ad Dn. Marci Wolfgangi Rauſchnabelii uxorem, cui partus jam ante 6. dies

dies aderat, ſatis debilem, ~um exhalantem fætidum, facies ejusdem erat pallida & prava, nihil niſi dolorem juxta umbilicum ſentiebat cum frigiditate ventris; hic eſt, *dixi*, partus emortuus, & putreſcere jam incepit, opus eſt, ne uterum putrefaciat & alia ſymptomata inducat, ut fortia præſidia ad eum extrahendum adhibeamus, accipiat ergo de ſequenti Electuario inſtar nucis Italicæ:

℞. croc.
myrrh.
*caſtor.*
ſtyrac. ā ℥ß.
macis.
ſabinæ.
cinam. ā ʒij,
mellis q. ſ. f. Electuarium.

℞. ellebor.
myrrh. ā ʒß.
*caſtor.* ʒj.

excipiantur ſucco pulegii deinde involvatur ſindone, & fiat peſſus longitudinis octo digitorum transverſorum, & craſſitudinis pollicis, qui in uterum demiſſus fætum poſt trihorium expulit. D. Jo-

D. *Joannes Stokerus* ſequens pro ultimo æſtimat:

℞. *caſtor.* ℈j.
aſæ fœtid. ℈ß. M. & detur cum ▽ ſabinæ.

Hæc talia etiam in Mola abigenda uſurpantur.

## §. XXIII.

*Caſtoreum magnam utilitatem mihi attulit in* gonorrhæa *quo tres viros uno tempore adhibitis etiam aliis medicamentis feliciter & cito curavi.*

*Quamvis in* gonorrhæa *caſtoreum Noſtro frequentiori in uſu fuerit, tamen ejus apud alios Practicos vix veſtigium invenio. Hinc paucis recenſere animus eſt.*

## Additamentum Franci.

D. *Wolfartus* Mſto ſæpius citato inquit: *In fluxu ſeminis à frigida cauſa corpore exiſtente cacochymico benigniori purganti ſuus relinquendus locus, & materia ex corpore evacuanda, deinde caſtoreum cum ſucco agni caſti & modico* 🜔*ti cataplasmatum expedit.*

Et

Et D. *Chriſtophorus Cellarius* poſt univerſalia gonorrhæam in Leonhardo Munzero æditui Winshemenſi anno 1622. ſequenti unguento curavit:

℞. ℈j maſtic. ℥ß ʒij.
rutac. ʒij.
*pulv. caſtor.* ℈ß.
menth. ʒj.
nuc. moſch. ℈j. M. f. unguentum.

Unus ex tribus à B. *noſtro Auctore* uno tempore à *gonorrhæa* liberatus erat Studioſus I. I. V qui de amore Libris, converſationibus & ſaltationibus cum virginibus, & adſpectu obſcænarum picturarum delectabatur, ſequenti vero citiſſime curatus:

℞. oc ſorum
gum. arab. ā ʒj,
ſang. drac.
pulv. troch. alkeking ā ℈j,
*caſtor.* ℈ß.
℈i deſt. tereb. gtt iiij.
M. f. pulvis.

Loci notiſſimi *Parochus*, cujus nomini parco, corporis gracilis, & temperamenti bilioſi,

billoſi, quadraginta circiter annos natus, *gonorrhæa* jam per 6. ſeptimanas laborabat, nemini ſe concredere ibi auſus opem tandem meam per litteras implorabat, quem præmiſſo purgante convenienti ſequenti curavi:

℞. Tincturæ hyperic. ex flor.
 ... us terebinth. ā ʒj.
 *eſſentiæ caſtor.* ℈j.
 M.

## §. XXIV.

Hæmicrania *alias malus capitis dolor, nihilominus quam feliciſſime uſus fui perſæpe caſtoreo, & dolor ſumma cum admiratione ceſſavit, evanuit.*

*Etiam* hepatis duritiem, *ſi externe applicatur, emollit, uti Praxis mea medica quotidiana teſtatur.*

## Additamentum Franci.

Heic præter ſectionem venæ cephalicæ, quæ utiliſſima, & a D. *Friderici* in comment. Ms. ad Jonſtoni Praxin laudata, caſtoreum

commendatur vel per ſe, quemadmodum D. Harderus perhibet, ſe hæmicraniam curaſſe ſolo caſtoreo, quotidie per duas horas ante lucem in forma pilulari dato, ſive cum aliis admixtis, quorum Auctores varias habent formulas, unam & alteram lubet apponere, quibus in ſuperiori ſeculo Majores noſtri uſi ſunt.

D. *Chriſtophorus Ebingerus* anno 1575. Sebaſtianum Salzmannum Præpoſitum Wengenſem hæmicrania laborantem ſequenti emplaſtro curavit:

℞. galban. + diſſol. ʒvj,
cerӕ flav. ℥ß.
picis ʒij,
ſinap. ʒj,
°°i *caſtor.* q. ſ. M. f ceratum.

Obſervavit hunc affectum D. *Didymus* anno 1574. in Georgio Veielio Præceptore tertiæ claſſis, quem ſequenti reſtitutum refert.

℞. °°i muſcatell. cum bacc. laur. bull. ℥j.
*caſtor.* ʒij,
rutæ ſtill gttiij, M. quo leviter pars affecta confricata fuit.

Accedens uxor Samuelis Faulhaberi anno 1568. die 14. Decembris ad me [D. *Ekoldum*] de partis ſiniſtræ capitis dolore diuturno conqueſta, ad tactum ſolummodo dolere, ex intervallo recurrere, modo abeſſe, modo adeſſe ait: hæc eſt, *dixi*, Hæmicrania, quæ oritur à nervis per calvariam currentibus læſis, conſulo, ut hoc ℴℴo illinatur pars dolens:

℞. ℴℴi majoran.
*caſtor*. ā ℥ß,
rutæ ʒij,
opii ℈ß. M.

Cum Anno 1645. Margaretha Müntherin hæmicrania infeſtata, vocavit medicum ordinarium, qui varia absque tamen ſucceſſu præſcribebat, poſtea conſilio D. Oswaldi ſed fruſtra uſa, tandem mea requiſita opera, & ſit DEO laus, feliciter reſtituta, dedi enim de meo ⊖e vol. caſtorii g̃vj. in ſir. de pœon. cum ἐυφορία: hoc ⊖ vol. in dſtlatione ∽us caſtorii ſimul prodit, quo de D. *Barnerus*.

*Durities hepatis* dependet ab obſtructione hepatis, & ne in ſcirrhum abeat, curatio

non eſt procraſtinanda, alias communiter in hydropem tranſit, quæ utplurimum lethalis eſt. In tempore D. *Bartholomæus Wolfartus* ſequens emplaſtrum deſcriptum applicavit:

℞. gummi ✱ci ʒiß.
bdell. ℥j, omnia craſſe inciſa ponantur in ✢ ſquill. ℥ß. & ℺i maſtich. ʒvj, per 24. horas facta liquefactione immiſceatur ſequens pulvis ſubtilis probe, ut fiat emplaſtrum juſtæ conſiſtentiæ.

℞. *caſtor.* ʒiij,
maſtich. ʒij,
ladan. ℥j. M. f. pulvis.

Alias Auctor noſter ſequens valdopere laudat:

℞. pingued. *caſtor.*
anat.
mucilag. ſem. fænugr.
lini ā ʒij,
℺i chamom.
*caſtor.*
melil.
rut.
medull. bovin. ā ℥j, M. quo ungatur calide locus.

§. XXV.

§. XXV.

*Uxor ſartoris cujusdam exquiſitiſſimos* dolores iſchiaticos *paſſa, pitaut neq; ire neq; ſtare poſſet, & die nocteq; moleſtiſſime cubaret, qua ex cauſa ego abortum metuebam, ſed DEUS uſu caſtorii præſentiſſimum ac efficaciſſimum auxilium præſtitit.*

## Additamentum Franci.

Noſtrum *dolori iſchiatico* convenit, quatenus particulas ſilveſtres vappeſcentes & acres, nervoſas partes porosq; articulorum adhærentes ſuis 🜍eis & balſamicis reſolvit, & libertate donat, id quod ex Antiquis tam, quam Recentioribus Medicis probare haut difficile eſſet, aſt cum hic dolor fixum locum pertinaciter occupet, & parili modo ac arthriticus curetur, poſthabitis internis externa præſidia nonnulla tangemus.

Anno 1579. Danielis Wielandi Uxor prægnans in ejusmodi dolore a D. *Jo. Wolfgango Rabo* ſequenti unguento curata:

℞. 🝆i lumbr. 🜃ſtr. ℥vj,
medull. pedum bov. ℥ij,
vini malvat. ℥iß.

flor. lavend.
rorismar.
ſalv. ā pſ.
ſummit. chamæpith.
majoran. ā pj,
ligni juniper.
*caſtor.* ā ʒj,
coquantur juſto modo ad conſumtionem vini, quo inungatur locus doloris.

D. *Kuchelius* ſequens ſæpiſſime non ſine uſu admovit, teſtante id variis in locis Mſto.

℞. opopan. ♃to diſſol. ℥j,
♂i chamom. *caſtor.* ceræ ā q. ſ.
extendatur in modum ceroti.

Sequens emplaſtrum D. *Wolfartus* in dolore ſciatico extollit:

℞. Maſſ. emplaſtr. oxycroc. ℥j,
*caſtor.* ʒß.
malaxetur ♂o nardino f. emplaſtrum.

Anno 1565. die 17. Julii ad Dn. Barthol. Rehmii filiam Urſulam vocatus [D. *Ekoldus*] quæ de dolore coxæ dextræ magno querebatur, eam autem neq; tumidam neq; rubentem eſſe, hic eſt, *dixi*, dolor ſciaticus & provenit à pituita, cui permixtum eſt aliquid

aliquid humoris bilioſi,& tangit venam coxæ, opus eſt ſequentibus diligenter uti, & procul dubio ſanitas ſequetur.

℞. Pill. de hermodact,
cochiar. ā ℈j,
☉arum
*caſtor.* ā ℈ß.
f. cum ſir. de beton. Pilulæ medioeres.

℞. 🜔i coſtini ℥j,
lumbric.
*caſtor.* ā ℥ß.
ung. areg.
♂ti ā ʒij, M. f. unguentum.

Sic D. *Jacobus Zaemannus* anno 1645. Ruſticum Joannem Bucken von Bernſtatt ditionis Ulmenſis,ab hoc affectu ſequenti 🜔o liberavit:

℞. 🜔i lumbricor. 🜄ſtr.
*de caſtor.* ā ʒvj,
irini,
rutæ, ā ℥ß. M. S. Oel.

Ipſam ſi conſulamus experientiam curavimus anno 1679. Zimprechti Oſtertagii uxorem,dolorib. incredibilibus iſchii dextri

afflictam ſequenti unguento, præmiſſis tamen univerſalibus:

℞. unguent. nervin. ℥j,
apodyn.
dialth. ā ʒij,
Olei *caſtor.*
laurin. ā ʒiij,
deſt. juniper. ʒß. M. f. ung. S.
Hufft-Sälblein.

Præteritis aliquot annis Danielis Henningii Sartoris uxor ſex ſeptimanis ante partum dolore iſchiatico ſæviſſimo, ut neque per momentum ſtare, miſerrime autem ſine motu cubare poſſet; cruciabatur, multis fruſtra adhibitis ad eam vocatus præſcripſi ſequentia:

℞. Cinnab. min. rit. ppt.
*caſtor.* opt. ā gr. vj,
laud. opiat. gr. iß. M. f. Pill. cum Oleo aniſ. n. xj.

℞. emplaſtr. de bacc laur. ℥j.
gummi juniper. ʒij,
galb. ✝to diſs. ʒj,
*caſtor.* ℈ß.

M. malaxando modico Oleo de *caſtor.* & fiat maſſa. His-

Hisdem rite adhibitis dolores ſubito evanuerunt, vires reſtitutæ ſunt, & tribus diebus poſt feliciſſime & citiſſime filium enixa.

Alias balſamus meus arthriticus §.XXVIII. deſcriptus, heic laudabiliter ſe gerit, meque nunquam fefellit.

## §. XXVI.

*Veriſsimum dictum Viri cujusdam celeberrimi:* lethargicum excitare labor eſt, *ſed hoc medicamine, caſtoreo ſcilicet, talis morbus à me quam feliciter curatus fuit, & æger homo, licet profectæ ætatis ſit, proprio teſtimonio id confirmabit.*

*Quantas lien moleſtias in corpore humano creare poſſit, nemini latet: beneficio autem caſtorii periculoſam ſæpe* lienis du..tiem *&* inflationes *removi.*

*Similiter quoque caſtoreum adhiberi poteſt, ut* augeatur lac *fœminarum lactantium.*

## Additamentum Franci.

Caſtoreum in *lethargo* eſt ὑπερ πάντα, eiq; vias penetrando porosq; cerebri aperiendo,

vel in forma magiſterii, vel eſſentiæ, interne tam, quam externe cunctis viribus contrait.

Ab intra D. Michaelis commentario Mſto ad Prax. Jonſton. ſequentia non in vanum laudat.

℞. pulv. *caſtor.* ℈j,
ſcam. 🜍at. ℈ß. M. f. pulv. detur in vino.

℞. extr. ▽gog. ℈j, ſolv. in ſ. q. ▽æ vitæ
ſir. de beton. ʒiij, [& adde.
*eſſent. caſtor.* ʒß. M. S. Purgier-Tranck auf 1 mal.

℞. extr. ▽gog. Q. ℈j,
troch. alh. g̃iij,
*caſtor.* g̃vj, cum eſs. *caſtorii* f. l. a. Pill. xxi. S. Pillen auf 1 mal.

℞. MPill. de agaric. ℈j,
*extract. caſtor.* g̃vj,
troch. alh. g̃iij,
cum oxymel. ſquill. f. l. a. Pill. xxi. S. Pillen auf 1 mal.

℞. herb. orig.
rut.
fol. diſt. aſar. ā mj,
flor. lil. convall.

ſtæch.

ſtœch. arab. ā ℈iij,
ſem. cartham. ʒv,
pulp. colocynth. in pet. lig. ʒij, coq. in ſ. q. ▽æ com. colaturæ ℞. ℔j, in quo disſolv. *extract. caſtor* ℈ß. fell. ♉i inſpiſſati ʒij, ☍i deſt. rut. gttvj, vitell. ovor. num. j. M. f. clyſter.

℞. ſpec. dia ☾æ M. ʒiij,
*magiſt. caſtor.* ℈ij,
☍i deſt. rutæ gttvj,
M. div. in vj. p. æq. S Stärck-Pülverlein auf 6. mal.

℞. ▽æ rutæ ℥iiij,
oxymel. ſquill. ℥ij,
✠ti benedict. ⊕ti ʒiij,
*eſſent. caſtor* ʒij, S. Stärck-Träncklein 2. Löffel voll pro doſi.

℞. herb. apii, ℈iij,
ſem. nigell.
rutæ ā ʒj,
*caſtor.* ʒiß. f. l. a. nod. S. Püſchelein naribus. admovendus.

℞. ✠ti rutac. ʒiiß.
benedict. deſt. ℥j,

ſucc.

ſucc. rut. rec. ℥ß.
*eſſent. caſtor.* ʒij, M.
S. äuſſerlicher Eſſig.
℞. pulv. cantharid. ℈j,
euphorb. gr. xij,
*caſtor.* ℈j,
fermenti acerrimi ℥ß. M.
S. Blaſen ziehender Zug.

Ut vapor narcoticus repellatur, & æger ad ſe ipſum redeat, D. *Rabus* ſequens præſcribit.

℞. raſur. oſs. bubul. ʒß.
C. C. ʒß,
*caſtor.* ℈ij,
aſæ fœtid.
myrrh.
ſagapen.
galban.
ligni junip. ā ℈j,
ſacchar. ʒij,
contunde g. m. ad magn. ſem. canabin. f. pulv. pro fumo doſis ℈j,

A talismodi autem ſuffitibus graveolentibus D. *Georgius Neſslerus* in Lectionibus publicis ſerio dehortatur, ne ſuffocatio ſubſequatur.

Ex

Ex conſilio D. *Neufarti* foveatur pars poſtica capitis ſequenti Epithemate:

℞. rad. aſphod.
pyreth.
helleb. ā ℥ß.
chamom.
ſerpill.
origan.
fol. laur. ā pj, decoq. in ſ. q. ▽æ puleg. ad tertias, colaturæ adde pulv. *caſtor.* ℈j,
ſinapi
euphorb. ā ℈ß.
ſucc. ſampſuch. ℥j,
iterum bulliant parum & f. Epithema.

Anno 1579. die 16. Octobr. Michael Frank lethargia corripitur, ſequenti à D. *Kuchelio* curatus:

℞. juris decoct. betæ
ſucci rutæ, ā ℥v,
hier. logad. ʒij,
☿i com. ℥ij,
mellis anthoſ. ℥iß.
⊖is ʒj,
*caſtor.* ℈j, M. f. Enema.

℞. rhab.

ſpectu menſium ſaniſſima, jam ab aliquot menſibus ſingulis diebus bis, imprimis circa duodecimam, ex improviſo tota ſtatuæ inſtar rigida ſtat, ſedet, cubat, oculis apertis & inconniventibus & in eo permanet ſtatu & habitu, quo à paroxyſmo deprehenditur, alias nullum capitis, vel alterius partis nobilioris vel ante vel poſt eum ſentit dolorem, petiit auxilium, ego ut amurca, archeo vincula injiciens, removeatur, & eclipſis hæc microcoſmica emaneat, ſequentia, quæ officio optime fungebantur, præſcripſi:

℞. gialap. reſin. ℈j,
ſcam. ⊕at. gr. vj,
troch. alh. gr. iij,
*caſtor.* gr. ij,
☉i deſt. ſpic. gtt j, M. f. pulvis.

℞. *caſtor.* opt. ʒj,
cinnab. nat. rit. ppt. ℈j,
lap. ♋rum. ppt. ʒß. M. f. pulv.

℞. unguent. nervin.
axung. canis bon. not. ā ʒß,
☉i *caſtor.*
euphorb. ā ʒj. M. f. Linimentum.

Et

Et poſtmodum præſervationis gratia ad confortationem ∽uum animalium, ✳ci ∽m *caſtoreo* imprægnatum præſcripſi guttatim aſſumendum, quibus, DEO adnuente, feliciter curata jam ſuperſtes.

In *dolore & inflatione Lienis*, vi ſua ammoniaca & diſcuſſiva probatum ſæpiſſime in Praxi Mſta B. Auctoris invenio, v. g.

℞. emplaſtri de ✳co
unguenti ſplenet. ā ℥ß.
myrrhæ ʒij,
*caſtor.*
croc. ā ʒß.
cum ſucco naſturtii & pauca tereb. f. emplaſtrum.

Alias *inflatio Lienis* à D. *Fuchſio* in Wolfgango Stamlero Patritio & JCto anno 1571. curata ſequenti unguento:

℞. 🝆i rutac. ʒvj,
irin.
laurin. ā ʒiij,
unguenti alth. ʒij,
ſebi cervin. ʒj,
pulv. *caſtor.* opt.

flor. calend.
thymi. ā ℈j,
ceræ q. ſ. M. ſimul perfecte abſq; △e
& fiat unguentum.

Pilulæ ſequentes magnæ operationis ſunt, omnem enim *inflationem Lienis* reſolvunt, venas aperiunt, & ſuperfluitatem removent, nuper, inquit Auctor noſter [ nempe anno 1645. die 6. Aprilis ] Mariæ Majerin Giengenſi tali morbo afflictæ cum ſucceſſu commendavi:

℞. Pill. de ✳co ℈ij,
♀car. ℈j,
extract. hell. nig. ℈iß.
*caſtor.* gr. ij,
diacryd. gr. iij,
☍i fœnic. gtt iiij,
cum ▽a ſcolopendr. f. l. a. Pil. xxxvii.
S. Milz-Pilulen.

Sequentes pilulæ domeſticæ in hoc affectu non male ſe gerunt, & loco digeſtionis, & præmiſſa hac, purgationis eſſe poſſunt.

℞. rad. filic.
rub. tinctor.
graminis, ā ℥iß.

poly-

polypod.
cort. tamariſc. ā ʒvj,
cappar. ʒiij,
herb. hepat. nob.
frag.
bellid. cum tot. ā mij,
*caſtor*. elect. ℥ß.
ſem. geniſtæ ℥j,
cinam. ʒiij,
bacc. laur.
galang. ā ʒij,
f. pulv. cui affund. q. ſ. 🜄 rect. & f. l. a. Extract.

℞. extract. hujus,
ſcam. 🜍at.
troch. alh. ā ℈vj,
🝆i deſt. aneth gttvij.
f. cum 🜄a ad flatus R. l. a. Pill. n. xix.

Ad diſſolvendam Lienis inflationem hoc emplaſtrum præcipue juvare ſcribit D. *Rabus*, cujus applicatione ad Lienem facta confeſtim dolor & tenſio evanuit.

℞. diachyli, ℥j,
mucilag. rad. alth. ʒvj,
🝆i de cappar. ʒvj,

galban.
✱ci ✚to ſol. ā ʒiij,
pingued. anat.
unguent. de bdell. M. ā ℥j,
pulv. *caſtor.*
ariſtol. rot.
⊖is gemmæ ā ʒj,
ceræ parum M. f. emplaſtrum.

Caſtoreum *Lac augere* utiq; credo, ſcilicet venas propter 🜂eitatem ejus patulas reddendo & ſanguinem craſſiorem in viis ad mammas tendentibus diſſipando, ut influxus fieri poſſit, hinc D. *Wolfartus* caſtoreum cum vino propinat in hoc caſu cum felici eventu.

## §. XXVII.

*Quod ſupra de quodam Judæo memoria cauſa annotavi atque inſerui, hoc adhuc probari debet; ſed hoc verum quod virgo quædam poſt febrem malignam exantlatam, memoriam totaliter amiſerit, beneficio autem* caſtorei *illam ſtupenda cum admiratione, & gratiarum actione Parentum recuperaverit.*

Addi-

## Additamentum Franci.

Rectiſſime noſter Auctor cum Jbnſina caſtoreum *in memoria confortanda* ſuadet, quia particulas, ∽us animales ligantes, removet, ſeparat & exturbat, ut hac ratione ſubtiliores evadant, ac officium, cui apti nati, cum agilitate conſueta perficere poſſint: hinc D. *Ehingerus* occiput illinire *🝆o roſarum cum caſtoreo* ad raborandam memoriam jubet.

*Sed ſi* [inquit D. Fuchſius] *hac omnia non juvarent addendum eſt* caſtoreum *∽bus animalibus dicatum, verbi cauſa, ſequenti linimento inungatur caput, quod ſepiſſime plurimum emolumenti præſtitit:*

℞. euphraſ. ʒß,
verben. ℈j,
meliſs. ʒj,
nuc. moſch. ℈ij,
thur. ℈j.
coriandr. ppt. ʒß.
cinam. ℈ij,
Zedoar. ℈j, incidantur, contundantur & infundantur in
🝆 liliorum ℥iij,
anethin.

axung. urſi, ā ℥ß,
▽æ beton. ℥ix. ſtent in loco calido per iiij. horas, poſt fac bullire omnia ſimul ad conſumtionem ▽æ betonicæ, & poſt fortem expreſſionem adde *caſtorii* ʒj,
ligni aloes pulv. ʒß.
M. & f. cum cera ſi opus eſt Linimentum.

Imprimis B. noſter heic ⊡oſum *caſtorii* ∿*um* ab ipſo paratum laudat, hinc tradit Mariæ Mauchterin cum ſucceſſu ad memoriam roborandam ſequentes formulas præſcriptas:

℞. Pill. de *caſtor.* ℈ij,
ſine quibus
alæphang. ā ℈ß.
mag. gialap. g̃vj,
cum ▽a fœnic. f. pilulæ xxi.

℞. ▽æ flor. anthoſ. ℥ij,
cinam.
Epilept. Lang.
∿us *caſtor.* ā ℥ß.
rot. dianth. ʒiij, M. d. ad vitr. S. Haubt=Waſſer.

Inquiratur exacte in intemperiem cerebri, alias medicamentum indifferenter applicatum, vel continuo, imprimis ubi caliditas ſuperat, adhibitum, plus nocet quam prodeſt, hinc medio tutiſſimus ibis, & pro neceſſitate modo ſicca modo humida applicanda, quorum uſus etiam externus convenit, exempli loco ſit D. *Michaelis Lixivium ſapientiæ*:

℞. rad. caryoph.
pyreth.
aſar. ā ℥j,
viſci querc.
olibani
ſuccini, ā ℥ß.
herb. roriſmar.
major.
ſalviæ
rutæ
meliſs.
origan.
laur. ā ʒij,
flor. lavend.
roſar. rubr.
pœon.

beton.
primul. ver.
chamom. rom. ā ʒj,
ſi lubet *caſtor.* ʒß.

bulliant in lixivio dulci, poſt ad uſum reponantur S. Species zur Haupt-Laugen.

D. *Villingerus* ad memoriam reſtaurandam ſequens unguentum, quo pars poſterior capitis illinatur poſt lotionem, præſcribit:

℞. ☍i nardin.
de *caſtor.* ā ʒvj,
ſpec. dianth. ʒß,
☍i nuciſt. expreſs. ℈ij,
deſt. lavend. gttiiij,
caryophyll. gttij,
ceræ ʒiij, M. f. unguentum.

Sunt adhuc præter enarratas etiam aliæ formulæ quibus ſaluti eſt caſtoreum memoria læſa laborantibus, nam in Electuaria recipitur, ut junctis viribus ⁓us confortet, exemplo eſſe poteſt hæc Doctoris *Melderi*, Marco Wollaibio anno 1629. præſcripta formula:

℞. conſerv. beton. ℥j,
anth.

ſalv.

ſalv. ā ℥iij,
myrob. embl. cond.
cort. citri cond. ā ℥ij,
cubeb.
ſem. ocymi
cardamom. ā ℥ß.
*caſtor.* ppt.
maſtich. ā ℈j,
cum ſir. beton. q. ſ. f. Electuarium.

S. Haupt-Latwerg für die Gedächtnus / alle Morgen einer Welſchen Nuß groß einzunehmen.

Et ſic ex caſtoreo rite parato, tam præſtantibus rebus mixtis, cumq; iis maxime unito & intimius coalito, ſummum præſidium etiam adverſus oblivionem fœneramur, cujus uſu nemo, ſi rite adhibitum ſit, fruſtrabitur.

## §. XXVIII.

*Caſtoreum affert* læſum *ac* corruptum olfactum, *qui ſæpenumero poſt ſuperatum morbum oritur, & quam maximas moleſtias creat.*

## Additamentum Franci.

Quando poſtpoſita prava conformatione proceſſus papillares à craſſa materia obſtruuntur, & membrana cum fibrillis ejus naſi interioris à particulis ſilveſtribus indiſpoſita redditur, tunc læditur & imminuitur olfactus, ut particulæ 🜍eæ, 🝆ſæ & volatiles alicujus rei ad ventriculos cerebri anteriores neq; pertingere, neq; ibi à ∾bus animalibus dignoſci poſſint, hinc opus eſt cauſarum morbificarum celeri remotione, ne confirmetur, ad quas amoliendas varia ab Auctoribus numerantur, à Noſtro autem Auctore heic loci tanquam panacæa, & quidem meo judicio non incongrue, ob tenuitatem partium vias penetrando, de obſtruendo, craſſitiem reſolvendo & educendo, nervulos & animales ∾us ob vim balſamicam roborando, varie applicatum laudatur, aſſenſum Auctorum eorumq; experientiam colligemus.

*Et propterea,* [ait D. Chriſtophorus Ehingerus] *ſole a conſulere ſolum odorem ejus* [caſtorii] *quippe qui ſua vi potenti magnopere correptis olfactus ſubvenit.*

D. *Neu-*

D. *Neufartus* ad olfactum imminutum, poſt alia caputpurgia, optimo ſemper cum ſucceſſu ſequens *errhinum* uſurpaſſe ſcribit:

℞. ſucci ireos ℥ß.
▽æ major. ʒvj,
*caſtor.* gr. vj,
elater. gr. iij. M. quo inungantur nares interiores cum digito vel penna bis in die.

D. *Johannes Kellerus*, Jacobo Millero hoſpiti ad auream crucem anno 1581. ſequens præſcribit errhinum:

℞. ſucci betæ ℥j,
🜍i rut. ℥ß.
euphorb. gr. vj,
*caſtor.* gr. ij,
moſchi gr. j.
M. & applicetur cum penna alternis diebus naribus.

Et ſequens loco epithematis fronti applicavit, ad reſolvendam materiam viſcidam:

℞. ſucci betæ ℥j,
oxymel. ſquill. ℥ß.
🜍i ſambuc. ʒij,

pulv.

pulv. majoran. ℥j,
myrrhæ ℥ß.
*caſtor.* ℈j. M.

§. XXIX.

Phreniticis *quam utiliter adhibetur, ſi modo ob graveolentiam, melius atque commodius propinari poſſet.* *Et* pleuritico dolore *laborantes ſentiunt ſubitam convaleſcentiam, quando de caſtoreo ipſis aliquid datur.*

## Additamentum Franci.

Caſtorina, quando in *Phrenitide* applicari poſſunt, non ut ♌us animales accenſos, una cum meningibus inflammatis, evocando foras particulas ♀eas, refrigerent tam, quam eas reſolvant, vel elatas ad caput repulſent, ut cerebri pori iterum coarctari, & ſomnus, qui fere optimum in hoc affectu medicamentum, induci poſſit, cenſente D. *Waldſchmidio* in Horis publicis ad Hartmannum.

Hinc Auctor noſter poſt V.S. frontis, aliaque neceſſaria, in nimiis vigiliis ſequens præſcribit:

℞. *Ca-*

℞. *caſtor.* ℥iiij,
laud. opiat. ℥iij,
M. f. cum aq. papav. alb. Pill. num. iij.

Aſt fruſtra his adhibitis, altero die ſequentes efficaciſſimas expertus:

℞. *extract. caſtor.*
ſpec. diamarg. frig. ã ℈ß.
laud. opiat. ℥iij,
M. f. cum ▽a papav. alb. Pill. xj, S. Ruhe Pillen.

Unicum in Phrenitide *Sympertus Linſius* Medicus Memmingenſis effingit ex caſtoreo & paucis aliis ingredientibus epithema, quod reſolvendo maxime refrigerat:

℞. ▽æ roſar. ℥iij,
🜋ti roſar. ℥iß.
🜕i roſatum ℥ij,
*caſtor.* ʒj M. F. Epithema.

Sanguinis particulæ acidæ, turbatæ & extravaſatæ, in ramulos venæ azygæ vel ipſos muſculos intercoſtales delabentes, coagulantur, & *pleuritidem*, tumorem, inflammationem & dilacerationem, mutato a loco affecto nomine, appellatam, producunt.

Hic

Hic affectus idoneis promte aggrediendus medicamentis, de quibus conſulendi Auctores Practici, nos ſolummodo, quid caſtoreum præparatum & debito modo adminiſtratum præſenti in affectu præſtare valeat, videbimus.

Anno 1569. ſequens Ulrico Pekelhauben in Pleuritide ſiniſtra D. *Barth. Wolfartus* ordinavit cum ſucceſſu:

℞. Elect. diatrag. ℥j,
*diacaſtor.* ʒß.
☍i amygd. ℥j,
decoct. hordei & glycyrrh. q.ſ. commiſce.

D. *Joannes Harderus* anno 1600. cuidam in dolore laterali proponit

℞. ⊖is C. B. ℈ij,
ſacch. cand. alb. ʒj,
*caſtor.* gr. viij,
M. f. pulv. detur in decocto uvarum paſſarum.

Modo dictus *Wolfartus* Pleuritidem in Ulrico Schermaiero Patritio & Ædili anno 1576. obſervatis diætæ regulis ſequenti curavit.

℞. dia-

℞. diatragac. frig.
ſacch. violat.
penid. ā ℥iij,
ſucci glycyrrh.
rad. ir. flor. pulv. ā ℈iß.
*caſtor.*
gum. arab. ā ʒß.
ſem. bombac.
malv. ā ℈j,
contundenda tundantur & cum ſir. de alth. f. Eclegma.

Anno 1678. die 12. Septembris *Conradus Wernerus* Miles, poſt deſtructionem aggeris ſuburbani incaleſcens, avide ▽m frigidam hauſit, hinc Pleuritide dextra decubuit; ⊡a rubra, tuſſis vehemens, reſpiratio difficilis erat cum ſputo pauco, factis faciendis, ſequenti medicamento poſt DEUM, cui laus ſit, citiorem illius ſanationem tribuo, nam poſt tertiam diem materiam æruginoſam mixtam cum nigredine copioſiſſime dejecit, quam ſequebatur ſputum ſanguinolentum cum levamine & emanſione febris totali:

℞. ▽æ

℞. ▽æ C. M.
ſcorz.
chæreſol. ā ℥iij,
cord. H. S. ℥ij,
*caſtor.* in pet. ligat. ʒj,
ſir. C. B. ℥j, M. F. Potio.

de qua ſingulis tribus horis continue cochlear. unum ſumebat ad vomitum usq;.

Præſentaneam non dudum in femina nobili, Pleuritide lateris dextri una cum menſium obſtructione laborante, operam præſtitit ſequens, una fidelia utrumque expediens affectum:

℞. ☉us fulig. ʒj,
eſſentiæ *caſtor.* ℈j,

M. S. xxx1. Tröpflein in einem Löffel mit Schnell-Blumen-Safft.

## §. XXX.

*Quicquid de caſtorii uſu & utilitate in ſuperioribus retuli in* arthritide, *id hac vice non tangam nec movebo in* Paralyſi, *ſiquidem ego in nervorum reſolutione innumerabiles utilitates à caſtoreo percepi, ac exinde ſolatium Podagrici haurire poſſunt. Quemadmodum*

*modum ſpectabilis Parochus in vicinia hac de re conteſtari poteſt.*

*Similiter caſtoreum etiam ad* pectorales morbos,*uti veteres & recentiores Auctores perhibent, uſurpatur.*

## Additamentum Franci.

Caſtorii uſum fructum in confortandis nervis, ſeroſam ſcilicet partem ſuperfluam aliasque heterogeneitates nervos reſolventes, vellicantes & dolores atrociſſimos cientes, 🜍e ſuo peculiariter penetrante corrigendo & abſumendo toto die videmus, nec veterum Auctorum alia mens fuit, audiamus D. *Zwickerum*: *Hoc*, ait, *adeo apud nos notum propter vires permagnas in confortatione nervorum, ut vix à Medico pharmacum taliter ægrotantibus præſcribatur, quod non caſtoreum contineat.*

Nec prætereundus D. *Fuchſius* dicens: *Et inſigniter conducit iis quibus nervi ſunt laxi & debiles, ab humoribus viſcoſis & lentis, quos liquefacit & abſtergit & poſtea roborat.* Et paullo poſt: *Nam ſi experientiam conſulamus, menſibus partubusq; movendis & nervis*

*roborandis, valde conveniens eſt, in quos uſus frequenter adhibetur.*

Hisdem addo D. *Wolfarti* experientiam, cum A. 1569. 16. Junii Aurelia Doctoris Lud. Rabi filia, fluxionibus ad muſculoſas partes obnoxia immobilitate pedis dextri deprehenderetur, cum alias plura fruſtra adhiberentur, felici ſucceſſu ei commendavi ſeqq.

℞. MPill. ☉ar.
ſine quibus ā ʒ ß.
*caſtor*, ℈ß.
cum ſir. de ſucc. fœnic. f. Pil. XIX.
quinque horis ante prandium aſſumendæ.

℞. Serpill. pj.
ſalv. pß.
ligni juniper.
*caſtor.*
pyreth. ā ʒj.
maſtych. ℈ij.
℅i coſtin. in quo flor. anth. ſunt poſit. ℥iij.
vini opt. ℥ij.
coque ad vini evaporationem f. unguen-

guentum cum quo ungatur pes bis in die prope △em.

Pulvis in *Paralyſi* mirabilis D. Nicolao Stokero à *Monacho* communicatus huc quoq; refert, ex quo etiam patet uſum cinab. medicum jam ante ducentos annos notum fuiſſe.

℞. *caſtor.*
cinobrii·
pœon. ã ℈j.
muſci gij. M.

detur in decoct. chamædr. chamæp. plus valet quam multa alia, ego expertus ſæpe.

*Idem* ad *Paralyſin*, ad nervos & iſchiaticam tale emplaſtrum laudat.

℞. rad. acor.
coſti amar.
ariſtol. rot.
lilii cœleſt. ã ℥j.
herb. vel ſucci paralyſ.
⊖is ſiccl.
ſtæch. arab.
lavend.
ivæ.
muſcat. ã ℥ß.

 piper.

piper. alb.
ſinap.
pyreth.
euphorb.
*caſtor.* ā ʒiij.
ſpic. nard.
ſquinant.
maſtic.
nuc. ind. ā ʒij.
✱ci ppt. ʒiß.
narciſs. ℥ß.
terebinth. ℥iß.
laudan.
ceræ ā ℥v.
M. f. a. F. Emplaſtrum.

Anno 1580. die 14. Novembris ad Filiam Doctoris Wolfarti p. m. Margaretham vocatus [ D. *Eckoldus* ] quæ oſtendebat mihi pedes ad ambulandum inidoneos cum magno dolore dorſi, & per novem ſeptimanas, ſuppreſſione menſtrui, hæc eſt, *dixi*, reſolutio nervorum, & hoc malum ab utero dependet præſcribam ſequentia & cum DEO curabitur:

℞. Pill. fætid. ℈iß.

*caſtor.*

*caſtor.* ʒß.
troch. alb. ℈iij.
f. cum ſucco rutæ pilulæ mediocres.
℞. Croc. ʒj.
aloes ℥ß.
myrrh. ʒij.
*caſtor.*
cinam. ã ℈ij.
ſem. fœnic.
petroſel.
major. ã ʒß.
lign. aloes.
caryoph.
caſs. lig.
C.C. ã ℈j.
rhab. el. & pulv.
rad. bryon.
epithym. ã ʒj.
fol ſen. ʒiij.

pulveriſata omnia excipiantur cum ſir. de beton. & f. maſſa cujus ʒj. prius in pilulas mediocres formata ſemel in ſeptimana ſumenda.

Petrus Bitterlinus J. V. D. contractura correptus in balneo ſicco fricationibus par-

tium cum *caſtore*, ſem. aniſi, & ♀e. à Doctore *Geigero* iterum fuit reſtitutus.

Anno 1581. 3. Junij Joannes Plebſt hoſpes in Paradyſo ex improviſo immobilitate, oculorum corripitur à Doctore *Kuchelio* ſequenti unguento poſt alia ſpinali medullæ calide ſæpius applicato curatus.

℞. pingued. erinac.
butyr. rec.
ℴℴi roſar.
rut. ā. ℥iiij.
*caſtor.* ʒj.
thuris ʒß.
terebinth. ℥ij, M. F. unguentum.

Anno 1646. D. *Heldius* uxorem Johannis Akermanni doloribus vagis pedum laborantem, præmiſſo infuſo, ſequenti unguento reſtituit:

℞. unguenti nervin. ℥iß.
ſevi cervin. ℥j.
ℴℴi chamomill. ac
lil. alb. &
de *caſtor* ā ʒij, M. ad ollam
S. Geäder Sälblein.

Eodem anno die 7. Auguſti D. *Villngerus* exter-

externe, ad dolores brachii & nuchæ compeſcendos, Walpurgæ Gailbacherin conventualis in Söfling. concinnare ſuadet

℞. ▽æ ☉ Lang. ℥iß.
hirund. cum *caſtor.* ℥ij.
ſalv.
lavend. ā ℥iß.
◡us lil. convall. ʒvj., M.
S. äuſſerlich Waſſer.

℞. 🝆i de *caſtor.* ʒvj.
rutæ
lumbric. 🜄ſtr. ā. ℥ß.

Hæc tria 🝆a exacte mixta dolores acerbiſſimos pedum Militis noſtratis Georgii Langii filii à D. *Jacobo Zaemanno* præſcripta cum admirando ſucceſſu mitigarunt.

Anno 1646. die 5. Septembris cecidit Georg Tonner ruſticus Altheimenſis ſupinus è loco ſublimiori in terram, reſurgens nil niſi mitigationem doloris in brachio dextro deſiderabat, aſt obtemperantis barbitonſoris conſuetum emplaſtrum immobilitatem induxit, hinc modo dictus D. *Zaemannus* vocatus ingenioſe rem perpendens, ſequenti unguento ut ſpina dorſalis inungeretur,

retur, conſuluit, quo facto brevi poſt brachium absque diſpendio huc illuc movere potuit:

℞. 🜄i lumbric. 🜄ſtr.
de *caſtor*.
rut.
vulpin. ā ℥j. M. S. Oehl.

Alias ad partes ad motum ineptas & debilitatas, præmiſſis præmittendis, ſequens mixtura incomparabiliter externe adhibetur:

℞. bacc. juniper. mij.
ſummit. roriſmar.
major.
ſalviæ ā mj.
*caſtor*. ʒvj.

Infunde in ~um vini rectif. ℥viij, ſtent in ☉e per tres dies, poſtea facta forti expreſſione adde 🜄æ magnanimitatis ℥ij.
~is lumbricor. ℥iß.
camphor. ʒj. M. S. äuſſerliche Glider Mixtur.

℞. lumbric. 🜄ſtr. ℥iij.
rad. lapp. major.
poëon. ā ℥j.

fol.

fol. chamædr.
rut.
verbaſc.
flor. lavend. ā mj,
ſummit. major. miij,
ſem. utricæ ʒij,
bacc. laur. pij.
junip. ℔j,
℥i *caſtor.*
juniper.
lumbricor. 🜄ſtr. ā. q. ſ.

digerantur per XIV. dies in loco calido, poſt forti expreſſioni & diligenti colaturæ adde

medul. crur. bov. ℥iij.
ping. human. ℥v.
petrol.
maſtich.
myrrh. ā. ℥j,
*caſtor.* ʒß.

M. ſ. artem & ſervetur ad uſum
S Balſamus arthriticus.

Impoſſibile eſt dignis verbis hunc balſamum extollere, quilibet experimentum faciat. Ego multos, præfiſcini hoc nunc dixe-

rim, immanibus & horribilibus articulorum doloribus vexatos, imò arthriticos plane deſperatos, hoc meo balſamo, ceu ſummo ſolatio, ſingulari Altiſſimi dono, curavi, hinc omnibus commendatus ſit.

In *aſthmate* à flatibus orto, vel ubi convulſiones à particulis acribus nervos & membranas irritantibus eminent, tamquam ad anchoram ſacram ad caſtoreum confugiendum eſt, hinc calefaciendo, alterando, diſcutiendo, aperiendo, roborando, vim expultricem adjuvando ſe egregie ſiſtit & maximis viribus.

Sic. B. noſter Auctor vetulæ cuidam aſthmaticæ pilulas ex *caſtorii* & croci extractis & ℴℴℴ anisi formatas cum ſucceſſu optimo dedit.

His fere ſimiles ſunt, quæ à Doctore *Eckoldo* anno 1575. in *tuſſi morboſa* Dn. M. Leonhardo Hutero præſcriptæ fuerunt.

℞. agaric. rec. troch. in oxymel. ſolut. ʒß.
*caſtor.* pulveriſat. ℈ß.
maſtic gr. vi.
croc, gr. viij.

ℴℴi

🝆i aniſi arte chemica extracti gttiij. commiſceantur omnia probe & formentur pillulæ communes.

Externe ſequens unguentum anno 1569. D. *Martinus Neuſartus*, Ottiliæ Neuthardin *in anguſtia pectoris* laudat:

℞. 🝆i irini. ℥j.
anethin.
axungiæ gallin. ā ℥ij,
✱ci 🜊to ſcyll. diſſol. ʒj.
pulv. *caſtor.* ℈j.
ceræ paucum M. f. unguentum molle.

Sequens ſæpiſſime à me expertum eſt in *diſpnœis & aſthmate* à flatulento ſanguine ex hypochondriis per venas vel utero adſcendente exorto, aſt in phthiſi praxis mea ſilet.

℞. emplaſtr. Filii Zacch.
dia🜍is R. ā. q. ſ.
malaxetur 🝆 *caſtor.* q. ſ.
J. ſ. A. & adde 🝆i deſt. aniſi gttvj.
S. Lufft-Pflaſter.

§.XXXI.

## §. XXXI.

*Uti etiam poteſt contra lentes & pediculos in capite & alibi, certe ego multa pediculorum millia* caſtoreo *noſtro enecavi, & non tam in infantibus, ſed uti praxis mea oſtendit matronam quandam ab iſtis animalculis infenſiſſimis & moleſtiſſimis diu vexatam totaliter liberavi.*

## Additamentum Franci.

De laude caſtorii in abigendis pediculis audiri juvat Doctor *Adamus Zwickerus, nota ſunt*, ait, *animalia, quæ ortum ducunt ex homine & in homine, hoſpitemque interdum dies noctesque excruciant, ut mori mallet ille quam vivere, his caſtoreum hoc viriliter reſiſtit, utcunque applicetur, præprimis inſperſum pulveriſatum prius certiſſime enecat eos.*

Doctor *Neufartus* caſtoreum cum aſa fœtida ſuffitus loco adhibet ad necandos pediculos, quod minime rejiciendum.

Ad idem ſequens *Doctor Schapplerus* præparavit:

℞. ſaponis venet. ℥iij.

cam-

camphor.
*caſtor.*
oliban. ā ℥xv.

Cum ſ. q. ſucci balſamitæ & vini aduſti f. Linimentum.

Doctor *Joannes Vogtius* Medicus olim loimicus *Ulmenſis in phthiriaſi caſtoreum* tanti faciebat, ut illius ſpecificum eſſe diceret, & pro eo haberet; hinc in praxi ſæpius cum laude & ſucceſſu optimo præſcripſit. Unicum exemplum admiratione dignum ab eo adnotatum in medium proferam.

*Novi*, ſcribit, *ante* 30. *annos circiter Virum opulentum ſexagenarium, ubi incepi practicare, qui adeo ſcatebat pediculis, ut non videre poſſet, & illi non ultra ſcapulas repebant, aures in tantum pleni erant; quod tota cavitas æqualis fuerat, alias non æger erat, ambulabat per domum cum baculo; Medicum ordinarium vocavit, qui contrariis remediis utebatur, quibus hæc animalcula ſenſim per univerſum corpus diſſeminarentur, ita ut primum pectus, deinde ventrem & dorſum mox crura & pedes occupârint. Interim appetitus cibandi adeo creverat & tantum commedit quod ejus quantitas ferè*

*eſſet*

ſequens regioni renum illitum mirifice prodeſſe perhibet.

℞. unguent. dialth.
pingued. anſer. ā. ʒiij.
🜖i chamomill.
Scorp. ā ʒj,
ſperm. cet. ℈iß.
*caſtor.* ℈ß. M. S. Nieren-Sälblein.

Simile præſcriptum reliquit Doctor *Wolfartus*:

℞. ping. gallin. ℥j,
*caſtor.* pulv. ʒj,
croc. ℈j.
bacc. junip. ℥ß.
🜖i ſeſamin. ʒvj, M.

Ceterùm *🜖um caſtorino-terebinthinatum*, quod fit in momento, omnibus ſine fallacia ſit recommendatum, nec rejicienda eſt *eſſentia caſtorii* cum *🜍u terebinthinato* extracta.

Aliud v. externum deſideranti poſt inſeſſum ſequens unguentum Doctor *Geigerus*.

℞. 🜖i melilot.
*caſtor.* ā. ℥ß.
⊖is junip. ʒj, M.

Hoc

Hoc unguento nuperrime puerum 12. annorum, dolore dextri renis ſæviſſimo cum obſtructione ☐æ laborantem, præmiſſo balneo & potione alterante, felici cum ſucceſſu, mitigatione doloris & excretione lapilli diaphani gvj pendentis, me curaſſe, ipſus teſtor.

Doctor quoq; Didymus pharmacum internum caſtoreo inſignitum in obſtructione renum deſcribit, eoque Chriſt. Reiſerum Bibliopolam uſum fuiſſe cum ſucceſſu.

℞. ſem. milii ☉is
therebinth. ſicc.
lap. meſpill. ā ℥j;
*diacaſtor.* ʒj;
oc. ♋rum ʒß.
coral. rubr.
teſt. ovor. ā ʒj;
hermodact. ℈ij,
ſacch. roſ. tab. ℥vj.

M. f. pulv. de quo capiat ʒij mane & veſperi.

Plura Penates non largiuntur, nec opus eſt ulteriori demonſtratione cum notum ſit,

ſed nervoſum genus irritatum mitigando, & ſerum quovis loco reſtitans liquando & fundendo agere.

§. XXXIII.

*Eſt equidem bonum* ſtomachicum remedium, *& ſæpiſſime magnæ utilitatis fuit: removet* ſingultum, *& contra omnem* ſpaſmum *utile eſt, non minus* Sodam antiquam *& omnimodum* ſtuporem *aufert.*

*Per nares deductum caſtoreum* ſternutationem *movet, ac exinde bonum & nobiliſſimum caputpurgium; lenit* ſubetum *& abigit, & cum caſtoreum accenditur,* ſomnum *inducit, uti multoties probavi.*

## Additamentum Franci.

In *ventriculi affectibus* promtum præbet auxilium caſtoreum; imprimis *ſingultu* à particulis acribus & malignis, orificium ejus ſuperius fibroſum & diaphragma lancinantibus & ſtimulantibus, ortum trahente, imo ambi dextrum heic eſt, & ob vim balſamicam & ⊖ volatile ☍ſum exploſionem expedit, & tenſionibus ſatisfacit.

Hinc

Hinc ab Auctoribus pro præſentiſſimo habetur, non nullos eorum evolvemus.

Anno 1549. D. *Simpertus Linſius* in *ſingultu pertinaciſſimo*, ægrotantique Joanni Stebenhabero noctem inſomnem reddente, de hac confectione ut mane & veſperi ad juglandis quantitatem aſſumeret, juſſit, & æger liberatus eſt.

℞. cydon. condit.
enul. cond. ā ℥v,
cortic aurant. cond.
rad. paſtinac. cond ā ℥ß.
pimpinell. condit. ℥vj
calam. arom. cond. ℥iij,
cortic. citri cond. ℥ij,
acac. cond.
zingib. I. cond. ā ℥ß:
conſerv. roſar.
menth.
acor. rad. ā ℥ij;
ſpec. diaga ang. ℨj,
*caſtor.* pulv. ℨß.
cinam. acer. ℈j,

aromatis & conditis craſſo modo inciſis miſceantur omnia ſimul & fiat confectio.

*Idem* Anno 1554. ſequens Electuarium præſcripſit Ludovico Fiſchacher, quod in ſingultu officium velociſſimum præſtitit:

℞. conſerv. roſ. ℥iij,
oxalidis
borrag. ã ℥ß.
*caſtor*. opt. ʒj,
ſpec. arom. roſ. ʒiß. M.

Et Anno 1560. Dn. Jacobo Schedlero Archigrammateo in *eodem affectu* ſequentem bolum propinavit:

℞. Electuar. trium ſantal, ʒij,
diacor.
hier. ſimpl. ã ʒj,
de hiacinth. ℈iiij,
ſpec. *diacaſtor*. ℈j, M. f. bolus.

Doctor *Joannes Kellerus* anno 1582. *ſingultum* in Andre Stromaiero ſequenti curavit:

℞. ſir. menth. ʒvj,
cinam.
✠ roſ. citri

myr.

myv. cydon. ã ℥ß.
▽æ menth.
hyſſop.
cynam. ã ℥ij,
*caſtor.* opt. ℈j, commiſce.

Externo locum ventriculi inunxit tali linimento;

℞. ℥i maſtich.
menth.
abſinth, ã ℥j,
pulv. *caſtor.*
ladan.
myrrh. ã ʒj,
zibeth. g̃v
▽æ vit. ℥ß. M. f. linimentum.

Anno 1628. Doctor *Melderus* Joh. Ulricum Flikerum aurifabrum a *moleſtiſſimo ſingultu*, per vj. circiter menſes durante, ſequentibus liberavit;

℞. ſir. myrtin. ʒij.
menth. ℥ß.
conf. alkermes ℈ß.
*caſtor.* g̃iij
▽æ vitæ Matth. ℥ß. M. f. hauſtus.

℞. pulv. *caſtor.* ʒß.
terebinth. ʒj,
emplaſtr. maſtich. ℥ß,
🝆i cydon. & ceræ q. ſ. M. f. ceratum.

*Idem* anno 1632. die 16. Auguſti Sartorem Joannem Sontag, à pertinaci ſingultu ſequentibus pilulis liberavit:

℞. extract. *caſtor.* gr. vj,
zibeth. gr. j,
laud. opiat. gr. ij, M. f. pilulæ.

Doctor *Michaelis* unice laudat in ſingultu *caſtoreum*, imprimis *extractum* & *eſſentiam* ejusdem. Et Doctor *Wedelius* ſingultus pertinaciſſimos ſedatos à *caſtoreo in eſſentia dato*, obſervavit.

Ipſus ante annum ſingultum moleſtiſſimum in *Guernero Minſinger*, à pinguedine carnis induratæ ortum ducentem, præmiſſo conſueto emetico, *eſſentia caſtorii* cum 🜄a maſtich. F. mixta, auxiliante DEO, jucunde curavi.

Memorandum heic ad ſingultum ex caſtoreo *Amuletum* filo alligatum & appenſum, nulla certa hora aut aliis ceremoniis, ſuperſtitionem ſapientibus, obſervatis, qui nuper

nuper in virgine incantamento quaſi ceſſavit. Patet hinc Amuletis etiam aliquid eſſe credendum.

*Spaſmo* expugnando multum confert idem, particulas ruderoſas, auſteras, aſperas, & ſummatim peregrinas alterando & expellendo, quo fine olim, quod imprimis D. *Ekoldo* in uſu fuit, non inepte cum ſpec. hier. picr. ā in forma pilulari datum fuit.

D. *Chriſt. Ehingerus* viduæ Dn. Eberhardi Ungelteri, *ſpasmo frequenti* laborenti, utiliter unctionem cum ℅o de *caſtoreo*, in quo decoctæ prius ranæ virides, ſuaſit.

Anno 1587. D. *Marcus Wolfartus* Med. Memmingenſis convulſiones, ex lumbricis ortas, aqua ex hirundinibus, ruta, & *caſtoreo* in vino maceratis, arte chemica extillata, cum ▽a ſtillatitia florum tiliæ, lil. convallium, & ſaccharo mixta, & per vices propinata curavit.

Sequentia a Doctore *Joanne Kellero* maxime commendantur pro expeditiſſima Medicina, quibus convulſiones ab utero in uxore Jacobi Wilhalmi Stannarii auf dem

Plaß anno 1582. adhibitis præparantibus & evacuantibus, curatæ.

℞. *caſtor.* opt ℈j.
ſir. ſtæch. ℥j,
decoct. ſalv. anth. & beton. q. ſ.
f. hauſtus.

℞. ℴℴi vulpin.
lumbric.
è *caſtor.* ā ℥ß.
ung. dialth.
de bdell. ā ℨiiß.
facta ſolutione locus affectus inungatur bis in die.

Domino Johanni Hartpronnero mercatori opulento, frequenti ſpaſmo laboranti, idem *Doctor Joh. Kellerus* dictus *Berndin* ſequens linimentum ordinavit:

℞. ℴℴi è caſtor.
lumbricor. ā ℨij,
juniperini. ℨj,
vini ſublimat. ℨß. M
S. Oel für den Krampf.

Christophorus Mangius Bibliopola Auguſt. rediens ex fonte acido, qui eſt zu Uber-

kingen/

fingen incidit in febrem vehementem, & *convulſiones ſpasmoticas*, adhibitis variis & ſequentibus à *Doctore Davide Verbezio* ſanitati reſtitutus integerrime, anno 1613. die 6. Septembris.

℞. theriac. med. æt. ʒj,
extract. *caſtor.* ℈ß.
▽æ C. B. ℥iij,
ſir. fumar. ℥j,
M. f. potio ſudorifera.

℞. ☍i vulpin.
costin.
lumbric. ▽ſtr. ā ℥iß.
flor. anth.
ſummit. ſalv.
beton. ā pj,
*caſtor.*
ſtyrac.
thuris ā ʒj,
▽æ beton.
vini alb. ā q. ſ. f. decoctio
& coletur pro Linimento.

Aliud ad ſpaſmum, ex ☍o lumbricor. ▽ſtr. *caſtor.* euphorb. ☍o dſt. ſalviæ, roris-

 mar.

mar. & lavendulæ, reperies ap. *Michaelem.*

D. *Wedelius* in ſpaſmo prægnantium laudibus extollit ∾*am*, 🝆*m*, *& eſſentiam caſtorii*, ſi juncturæ ſecundum ductum nervorum hoc vel illo illinantur.

Ab antiquitate caſtoreum inter *ſternutatoria* recenſetur, quia particulæ ejus acres, volatiles & inæquales tunicam narium ad irritandum aptæ deprehenduntur, aſt cum ingrati nimis ſiet odoris, non amplius erit hodiernæ conſuetudinis, ex abundanti aliquot exempla adjiciam; ſequentem Doctor *Eckoldus* efficacem pulverem deprædicat:

℞. pulv. majoran.
hellebor.
pyreth. ã ʒß.
piper.
*caſtor.*
nigell. ã ℈j, M.

*Doctor Verbezius* Capitaneo urbis Ælio ſequens, in defluxionibus ad fauces & pulmones, utiliter ſuadet,

℞. pulv.

℞ pulv. lil. convall.
rad. ireos ā ʒß.
*caſtor*. ℈ß.
herb. nicot.
piper. alb.
caryophyll. ā ℈j,
moſch. giiij, M. f. pulv. naribus inſufflandus.

Doctor *Joannes Melderus* anno 1631. Paulo Någelin Auguſtano in cephalæa ſequens cum ſucceſſu præſcripſit:

℞. *caſtor*. ℈ß.
rad. pyreth. ℥vj,
cubeb.
macis.
ſpic. nard. ā ℥iij, M. f. pulvis.
S. Naſen-Půlverlein.

Talis etiam eſt *Doctoris Christophori Cellarii*, Dn. Georg. Ludovico Eccardo in oppilatione cerebri præſcriptus:

℞. flor. lavend. vel ſpic. noſtr. ʒij.
origani. ʒj,
majoran.

fern.

ſem. ſileris mont.
poeon. ā ʒij,
rad. helleb. alb. ʒß.
*caſtor. od. grav.* ʒj,
tuſa & in pollinem redacta terebinth. & cera excipiantur, finganturque errhina, pyramidis formam referentia; d. ad ſcat.

D. *Joannes Michaelis* ſequens in affectibus capitis, & ſpeciatim Lethargo, laudat:

℞. fol. nicot.
majoran.
lil. convall. ā ʒj,
rad. helleb. alb ℈j,
☍i dſt. major. gttiiij,
*pulv. caſtor.* ℈j, M. f. pulv. S. Nieß-Pulver.

Doctor *Rolefinccius* ſequens in affectu ſoporifero, qui ab Ibnſina ſubeth dicitur, adhibet, uti patet ex formulis ejus Mſtis.

℞. pulv. lil. convall. piij,
fol. majoran. pij,
rad. pyreth. ʒß.
*caſtori.* gvj,

☍i dſt.

♂i dſt. aniſi ;

ſuccin. ā gttij, M. f. pulvis.

S. Nieß-Pulver.

Tale Ptarmicum ~us animales excitandi gratia ſyncopticis inſufflatur naribus vel tantum odor iisdem communicatur ad reſtaurandas eorum vires ; heterogeneitates removendas, ἀταξίας & eccentricitates tollendas ; quo ſui juris facti excubias antidhac ſolitas præſtare & cordis machinam influere poſſint, quale noviter Filiæ civis noſtratis non ſine optimo ſucceſſu naribus admovi :

℞. eſſent. *caſtor.* ʒß.

~us ✳ci,

fuliginis gttviij, M.

Somnus caſtoreo inquietis conciliatur, ligando ſcilicet & gravando ~us, imprimis carbonibus impoſito △itis, quod toto die fit apud noſtrates mulierculas, cum ſuffocatione uterina laborantibus conſulere volunt, fumo autem poruli cerebri occupantur, concidunt, intra ſeſe ſubſident, nihilque quod extus eſt curant.

*Soda* vel *Sodaon* denotat dolorem capitis hujus illiusve partis diuturnum ; huic affine eſt

eſt ovum, cum vero curatio ferme conveniat cum *Hemicrania* ſuperius pertractata; Lectorem Benevolum, ne inutilibus repetitionibus detineatur, eo remittimus.

De *ſtupore* quoque, obtuſa ſcilicet perceptione ſenſibilitatis, agere ſuperfluum duco; cum eadem fere ſuperioribus, imprimis §. de *Paralyſi* conſignata ſint, hinc tranſimus ad

## §. XXXIV.

*Caſtoreum mirum in modum* Menſium ſuppreſſionem *urget & ſecundinam, & potentiſſime* uteri ſuffocationem *ſupprimit, quod luce meridiana clarius eſt, nec ulla probatione indiget.*

## Additamentum Franci.

Deficiente ſanguinis ὀργασμῷ, vel obſtructis uteri vaſis à particulis ſilveſtribus balſamicas ſubjugantibus & ligantibꝰ, menſtruum naturæ vectigal denegatur vel imminuitur, his caſtoreum, quamvis, notante etiam D. *Wedelio*, in morbis uteri, magis ubi nervoſum genus laborat, quam obſtructæ

ctæ ſunt viæ, profit penetrando, digerendo; imprimis ſi debito tempore pro archei & ☾æ mutatione variante propinetur, reſiſtit.

Hoc quoque affirmat D. Gabriel Zwikling / dicens: *Inter hac qua ſanguinem denſum attenuant, fundunt, calidum & acrem reddunt, & vaſorum oſcula relaxant ſunt præcipua; caſtor. myrrh. rad. eryng. ariſtol. nepeth. artemiſ. puleg.*

Hincinde itaque variæ formulæ *caſtorea* honeſtatæ ad hunc affectum directæ reperiuntur, in quibus non poſtremo loco ponenda ſequens potio, qua ter repetita D. *Marcus Wolfartus* Med. Memming. uxorem Bartholomæi Mozen curavit anno 1574.

℞. ſir. v rad. ℥iß.
▽æ puleg.
artem.
mentaſtr. ā ℥j,
*caſtor.* opt. ℈j,
M. f. potio pro una doſi.

Anno 1579, die 10. Novembris laborat Euſtachii Günzpurgers ancilla bonæ famæ aſthmate & diminutis menſibus per 14. ſepti-

ptimanas, cui Doctor *Joan. Wolfgangus Rabus* quatuor diebus ante tempus conſueti circuitus ob conatum naturæ quæ tunc Medicinam adjuvat, dedit ſequentes pilulas:

℞. Pill. fœtid.
myrrh. ā ℈ß,
*caſtor.* ℈j,
cum ▽a artemiſ. q. ſ. f. pill. com.

Doctor *Stockerus caſtor.* acor. ſem. aniſ. & apii ā propinat in potu cum vino lymphato; vel in forma pilulari:

℞. de hier. picr. Gal. ʒj;
pill. fætid. ʒij,
agaric.
coloquint. ā ℈ß.

f. pill. cum vino decoctionis agar. & *caſtor.* & formentur in totum XXXIV; accipiantur iij pro vice, vel v.

Pilulæ factæ iij. ex ℈j *caſtorii.* datæ, eſt res experta provocando.

Uxori Organarii Johannis Sturmii poſt partum ſuppreſſis menſtruis laboranti D. *Bartholomæus Wolfartus* anno 1579. dedit ante tempus ordinarium ſequens, quod viarum obſtructionem aperuit, ſanguinis qua-

qualitatem inconvenientem ab humoribus craſſis ortam emendavit, & menſes provocavit:

℞. Elect. de pſyll.
diaturbit. cum rhab. ā ℥ß.
*caſtor.* pulv. ʒß.
decoct. flor. & fruct. cum fol. ſen. q. ſ.
commiſce.

Sequentes pilulas Doctor *Chriſtophorus Fingerlinus* in tarditatem menſium Ancillæ Dn. Licentiati Ludovici Pöcken cum ſucceſſu:

℞. gumm. ſagapen. ✠to ſcill. ſolut. ʒiß.
ſpec. diaturbit. cum rhab. ʒß.
*caſtor.* opt. ℈j.
myrrh. ßj.
croc. ℈ß.
f. cum ▽a artemiſ. pilulæ parvæ.

Monialis Söfflingenſis Didica Weikmannin laborans paucitate menſium, hoc pulvere curata a *Doctore Villingero* Anno 1646.

℞. fol. calaminth.
artemiſ.

M pulcg.

puleg.
ſabin. ā ℈j,
ſem. ammeos.
leviſtic.
petroſel.
cymini ā ℈ß;
bacc. laur.
*caſtor.*
myrrhæ.
caſſiæ ligneæ ā ℈iß.
piper.
nuc. moſch. ā ℈ij;
ſacch. alb. ℥iß.
f. omnium pulvis ſubtiliſſimus.
S. Pülverlein auf 4. mal einzunehmen.

In contumaci menſium obſtructione *Doctoris Wedelii* Pilulas aloeticas maracoſtinas cum *caſtoreo* & ♂te reformatas, expertus ego commendo. v. g.

℞. MPill. maracoſt. ʒj;
croc. ♂tis aperit. ⊕lati ℈j,
*caſtor.* ℈ß.
M. f. cum Elix. PP. Pill. per vices aſſumendæ.

Appa-

Apparentibus menſibus dolorificis, *caſtoreum* ceu egregium carminativum ſe gerit, quod etiam ob particulas 🜍oſas, balſamicas vim nervoſum genus, nervoſamq; uteri ſubſtantiam confortandi habet. Hinc modo laudatus *Wedelius* tale ſuadet emplaſtrū:

℞. galb. in 🜊 ſol. & inſpiſſ. ℥iij,
🜍i nuciſtæ,
balſam. peruv. ā ℈j,
*caſtor*. ℈ß.
🜍i ſuccin. vel carm. M. gttiij,

Nuper in ſuppreſſione menſium virgini primariæ præſcripſi ſequentes pilulas cum levamine.

℞. gumm. ſagap. 🜊 ppt. ʒß.
extract. dictamn.
ſabin.
♀ri ⊕lati. ā ℈j,
myrrh. rubr.
*caſtor*. opt. ā gr vj,
croci auſtr. ℈ß.
🜍i dſt. anth. gttviij,

f. cum 🜄u. lil. convall. l. a. pilulæ XL. d. cum fæc. rad. ari. ad. pix. S. Pillen 5. auf 3. mal.

Sequentibus præparantibus, alterantibus & confortantibus habita ratione agræ, temporis & homogeneitatis liquidi multas, teſte *Praxi mea*, virgines tam quam fœminas ab hoc fœdiſſimo morbo liberavi.

℞. eſſent. abſinth.
*caſtor.* ā ʒj,
∽us ✳ci ℈ß.
M. S. digeſtiv-Mixtur.

℞. ∽us aperit Penot. ʒij,
matric. Scult. ʒj,
extract. *caſtor.* g̃vij,
M. S. öfnende Mixtur.

℞. ∽tis fulig.
myrrh. ā ʒj,
eſſent. *caſtor.* ℈j,
M. S. öfnender Geiſt.

℞. croc. ♂tis aperit.
troch. de myrrh. ā ʒj,
*caſtor.* opt. ʒß.
☍i ſabin. dſt. gttiij,
M. öfnendes Pulver auf etlich mal.

℞. ex-

℞. extract. panchym. C.
castor.
ſcam. ♀at.
troch. alh. ā ℥vj,
☉i dſt. ſabin. gttiiij,
cinam. gttij,
Mus matricar. Sculp. f. Pill. xxv.
S. ſonderliche Mutter Pillen auf 1. mal.

In *ſuffocatione* ſive *ſtrangulatione uteri* caſtoreum præſtantiſſimum exhibet uſum, imo infallibile præbet auxilium, quatenus miaſma hoc malignum & acre ob ⊖ volatile ſibi admixtum, reſolvit, attenuat, & avertit, teſtibus heic fere opus non eſt, cum mulierculæ noſtræ hac paſſione oppreſſæ ad id tanquam ad ſacram anchoram confugiant; hinc Doctor *Joannes Schaplerus* caſtoreum in omnibus fere affectibus uteri, ſive vere ſive auctumno propinetur, conducibile laudat.

D. *Chriſtoph. Ehingerus* ſequentes pilulas magnificat in *præfocatione uteri*:

℞. *caſtor*. puriſſ. ℈j,
myrrh.

aſ. fœtid.. ā ℈ß.
ſtyracis ℈j,
formentur pilulæ xxv, cum oxymel.

Auc facit etiam *Elyſir uterinum* Doctoris *Caroli Eckoldi*, quod frigiditatem uteri corrigit, ſuffocationem tollit & menſtrua promovet:

℞. meliſſ.
artemiſ. ā ℥ij,
bryon.
zedoar. ā ʒvj,
angelic.
valerian. ā ℥iij,
rhab. monach. Fuchſ.
diptamn. alb.
bacc. laur. ā ℥ij,
diacalaminth. ℥iß,
cort. aurant. ʒß,
ſem. ocymi.
aniſ.
fœnic.
cardamom.
zingib. ā ℈ß,
*caſtor.*
olei juniper. ā ʒj,

nuc.

nuc. moſch.
caryophyll.
croc. ā ʒj,
ſpic. ʒß,

cont. contundantur & bene macerentur in ▽a vitæ, per aliquot ♂ & ♀.

Anno 1632, die 16. Febr, Doctor *Melderus* vocatur ad Jo. Sontagii Sartoris filiam ſæpiſſime *ſuffocatione uterina* affligentem, cui præſcripſit extra paroxyſmum ſequentes pilulas, & poſtea nullum amplius ſenſit:

℞. MPill. de hier, cum agaric.
extract. ā ℈iß.
pill. aromat. ℈ß.
pulv. ſir.
troch. alh. ā gr. ij,
☍i aniſ. gtt. iiij,
*caſtor.* gr. ij,

M. f. l. a. Pil. cum ▽ meliſſ. xxxv. S. Pillen.

Alias pilulæ ſequentes, forſan *fœtus acutiſſimi ingenii*, ab Hollando quodam C. Sibelio dicto acceptæ, jam in variis affectibus à me probatæ, heic loci citiſſime reſpondebunt:

℞. eſſent. opii Lang. ℥ß.
extract. *caſtor.*
croc. ā ʒß.
cinab. ℥ii rit. ppt.
bez. ♃al. ā ʒiß.
M. f. pill. ex ʒß. xxx.

Doctor *Jo. Michaelis* varias medicamentorum in ſuffocatione uterina formulas, quæ *caſtoreum* recipiunt, poſteritati quoque medicæ reliquit, quas ob effectum tum in, tum extra paroxyſmum excellentiſſimum heic ſilentio non præterire licet:

℞. ▽æ hirund. *cum caſtor.* ℥ij,
meliſſ.
matricar ā ℥j,
fæcul bryon. ʒj,
magiſt. matr. perlar. ℈ij,
mag. ♃. ℈j,
M. S. Stärck⸗Träncklein.

℞. ſpec. dia♃al. M. ʒij,
fæcul. bryon. ʒj,
*mag. caſtor.* ℈j.
M. S. Pulver auf etlich mal.
doſis ℈ß, ʒß. ad ℈ij,

℞. pulv.

℞. pulv. hyſter. A. ʒij,
fæc. bryon. ℈ij,
bez. ♃. ℈j,
*magiſt. caſtor.* ℥vj, M.

℞. ▽æ hirund. *cum caſtor.*
carbunc. ā ℥ij,
eſſent. *caſtor.* ʒj,
M. S. äuſſerlich Pulß-Waſſer / poteſt etiam applicari naribus.

℞. herb. ☿ial.
matricar.
rutæ,
meliſſ. ā mj,
rad. bryon.
leviſtic.
ariſtol. ☉ ā ℥j,
agaric. in pet. lig. ʒiij,
bacc. laur. ℥ß.
coque in ſ. q. ▽æ com. colat.

℞. ℥vj, in quibus diſſolv.
Elect. hier. picr. cum agaric. ℥j,
*caſtor.* ℈j.
vitell. ovor. Nj. M. pro clyſtere.

℞. emplaſtr. uterin. Aug. q. ſ.
malaxetur ☍o caſtor. I. ſ. A. & o. ſ. r. in forma uſit.
S. Mutter-Pflaſter.
Tempore noctis applicari poteſt extra paroxyſmum.

℞. pulv. cathol. noſtr. ℈j,
fæc. bryon. ℥vj,
Oli hermaphrod. ℥iiij,
extr. caſtor. ℥iij, M.
S. Purgier-Mutter-Pülverlein auf 1. mal.

℞. MPill. fætid. ℈j,
ſcam. ♀at.
reſin. gialap. ā ℥v.
cum eſſent. caſtor. f. l. a. Pill. adſperg. fæc. bryon.
S. Pillen auf 1. mal.
Sequens *Elix. Michaelis* ſua laude non carebit:

℞. herbb. meliſſ.
artemiſ.
puleg.

herb-

herb. roriſmar.
matricar.
ſalv.
☿ial.
rut.
majoran. ā mij,
flor. cheir. mj,
calend.
hyperic.
ſalv.
ſpic. ā piij,
radd. bryon. ℥iij,
leviſtic.
ariſtol. rot.
poeon. ā ℥ij,
dictamn. ℥j,
rub. tinctor,
angel. ā ℥iß,
antophyll. ʒiij,
bacc. laur. ℥ij,
caſſ. lign. ver. ʒiß.
croc. orient. ℥ß.
ſem. paſtinac. ʒiij,
*caſtor.* ℥iij,

incif.

inciſ. irrorentur ∾ hermaphrod. ex min. ♂ & ♀, inf. 🜄. ex herbis uterinis abſtractum, vel ∾m meliſſ. & puleg.

*Wedeliana* mera ſunt ἐυπόριστα, imprimis *Elixir* ejusdem *uterinum* ex commiſtione *eſſentiæ ſuccini*, *caſtor. myrrh. balſ.* l. *ſimpl.* addito momento *camphoræ*; his addi poteſt urgente neceſſitate *aſ. fœtida*, quo multarum in cymbula fere Charontis jacentium vitam larga DEI Altiſſimi clementia liberavi. Probatæ etiam virtutis eſt pulvis ejusdem ſequens:

℞. magiſt. ſuccini,
*caſtor.*
♃is
fæcul. bryon. ā ℈j,
julor. nuc. jugl,
aſ. fœt. ā gr vj,
pulv. anodyn. cephal. gr x.
M. f. Pulvis.

Imprimis laud. opiato cum *caſtoreo* maritato per DEI gratiam quam plurimæ ſanitati reſtitutæ fuerunt.

Pulvis ſequens etiam non contemnendæ virtutis eſt.

℞. ſem.

℞. ſem. poeon. ℈j,
zedoar. ℥vj,
caſtor. ℥iij,
M. f. pulv. in vino malvatico aſſumendus.

Anno 1644. die 17. Januar. generoſ. Baroniſſæ de Ilerdiſſen infeſtatæ *ſuffocatione uterina*, Doctor *Jacobus Zaemannus* felici ſidere præſcripſit ſequens:

℞. ▽æ hirund. *cum caſtor.* ℥iij,
mirab. Lang.
~us matric. D. Scult. ʒj, ℈ß,
laud. opiat. in M. S. diſſol. ℈ß. M.
S. köſtliches Mutter-Waſſer.

Poma uterina heic loci utique ſunt magni valoris, ad ~us animales excitandos & vapores ab utero deprimendos, hinc communiter in nodulum ex ſerico rubro ſpecies aptæ includuntur, atque naribus admoventur, exempli loco ſit *pomum matricale Zaemanni* modo dicti Matronæ nobili præſcriptum:

℞. galban.
*caſtor.* ā ℈ij,

fol.

fol. meliſſ.
citrar. ā pij, M.

f. pomum cum ſ. r. S. Mutter-Apfel.

Doctor *Berndinus* Domini Johannis Rothii patricii uxori ſequentem Pilam matricalem ordinavit.

℞. *caſtor.* interioris, ʒj.
aſæ fœtid. ʒß.
fol. rutæ.
abrotan. ā pij,
ſem. rutæ. ʒj.
pulveriſentur & cum ſyndone rubro f. Pila S. Mutter-Apfel.

Doctor *Joannes Stokerus* tale in eodem caſu ſuadet:

℞. *caſtor.* ʒij.
ſerap.
aſ. fœtid.
♀is ā ʒß.
incorporentur ſimul cum vino ✠toſo f. pomum in ſindonem involutum.

Doctor *Joannes Melderus* olim fœminæ hyſtericæ talem Pilam miſit.

℞. *ca-*

℞. *caſtor.* ℈iiij,
aſæ fætid. ℈j;
galbán. ℈ß.
cum cera ſ. q. f. Pomum
S. Riech-Kugel.

Huc pertinet etiam Pila matricalis à D. *Villingero*, Dn. Matth. Faulhaberi uxori hyſtericæ, caſtoreo honeſtata, præſcripta:

℞. aſ. fætid. ℈i.
*caſtor.* ℈iß.
galb. ℈ij,
fol. majorañ.
artemiſ.
puleg. ā pß.
cum ſind. rubr. fiat Pila matricalis juſtæ magnitudinis.
S. Mutter-Aepfelein.

*Idem* etiam virginæ ſacræ in cœnobio Söflingenſi Eliſabethæ Wolfſtierin emplaſtrum uterinum *caſtoreo* nobilitatum cum ſucceſſu optimo præſcripſit:

℞. galbañ. el.
gumm. tacamahac. ā ℥ß.

pulv.

pulv. *caſtor.*
aſæ fæt. ā ℈iß.
Mixta extendantur ſuper aluta rot. ad palmæ manus magnitudinem & obduc. ſind. rubr. eleganter.
S. Mutter-Pflaſter.

Doctor *Wedelius* aliud emplaſtrum proponit:

℞. emplaſtr. de galb. ℥iß.
⊖is ♃is ʒß.
aſæ fætid. ʒj,
☍i *caſtor.* q. ſ.
dſt. rut. gttiiij, M. f. emplaſtrum.

☍um umbilico *feminæ*, hyſtericæ inunctum creberrime magnum exhibuit levamen:

℞. ☍i *caſtor.*
laurin. ā ʒj,
dſt. juniper. ʒß.
ſuccin. gttvj,
galban. gttij, M.
S. äuſſerlich Mutter-Oel.

Hue

Huc facit etiam ſequens emplaſtrum D.D. *Wilhelmi Raſcalionis* ab Auctore *Anonymo* adnotatum & in *ſuffocatione uterina* laudatum.

℞. picis naval.
colophon. ā ℥vj,
gumm. ✳ci.
bdell. ā ʒß.
galb. ℥vj,
myrrh. ℥j,
ſtorac. cal. ℈iiij,
terebinth. ʒj.
P. ſavin.
artemiſ. ā ℥ij,
meliſſ.
puleg. ā ℥ijß.
*caſtor*.
rad. valer.
biſtort. ā ℈ij,
ſem. dauc. ℈iiij,
ſeſel.
cim. in ā ℥j,
Elect. de bacc. laur. ʒß.
Olei rut. ʒijß.

N mentha

menth. ℥j,
ceræ ℥vj,
gum. in ✠to diſol. f. ſ. a. Scutum Matricale.

In *morbis hyſtericis* Doctor *Joh. Kellerus* dictus *Berndin* ſequentes pilulas multis verbis deprædicat:

℞. ſem. leviſtic.
ſiler. mont.
dauc. cret.
poeon. ā ʒß.
rad. zedoar.
calam. arom.
angelic. ā ℈iß.
aſ. fætid. ℈ß.
*caſtor.*
myrrh. ā ʒß.
⊕is artemiſ.
abſinth. ā ℈ß.

cum ſir. è cort. citri formentur Pilulæ magnitudine piſ. de⊙tur ad pix.

S. Mutter-Kügelein oft zu brauchen.

Huc faciunt etiam *pilulæ hyſtericæ* a modo dicto *Berndin* Virgini ſacræ in cœnobio Ulmenſi *Barbaræ Krafftin* præſcriptæ.

℞. *ca-*

℞. *caſtor. interior.* ℈j.
☍i ſuccin. dſt. gttj,
▽æ hirund. q. ſ. f. Pilulæ ij de-
⊙entur.

§. XXXV.

*In* Tremore *valde conducit*; *etiam hominem facit* vigilantem, *ita ut ſomnus nullam efficaciam atque virtutem habere poteſt.* Debilem viſum *acuit*, *ac aufert* vertiginem, *uti eo uxorem quandam curavi*, *quæ neq; juxta neq; ſupra ſe oculos movere poterat. Notus eſt etiam quidam Theologiæ ſtudioſus, qui ob* vertiginem *ſuggeſtum ſacrum aſcendere noluit*, *uſu autem* caſtorii *& auxilio DEI reſtitutus eſt.*

## Additamentum Franci.

*Tremorem* ad amuſſim febricitans explicabit: impedito enim ♌bus animalibus ſufficientibus legitimo per fibras nerveas tranſitu pars quidem elevatur, aſt gravitas ob depauperatos ♌us iterum eam deprimit & quatit, qui in ſanis eſt prodromus paralyſeos, in paralyticis vero ſanitatis, hinc Medici remedia contra tremorem ſua ita applicant, ut ſemper *caſtoreum* ſimul ingre-

 diatur,

diatur. Sic ex *incomparabilis Thonneri* Praxi Ms. *Clerico* cuidam ad tremorem manuum præſcriptum tale eſt·

℞. ung. nervin. ℥ij,
🜍i *caſtor.* ℥iiſ,
laurin.
vulpin.
nard. ā ℥iij, M. inungatur ſpina,

*Tremor capitis* in Michaele *Faſtnacht* à D. *Martino Neuſarto* anno 1569. ita curatus:

℞. elect. diaphænic. ℥j,
ſolv. cum 🜄 beton. q. ſ. adde *caſtor.* gr. vj, F. Potio.
℞. 🜍i laurin. ℥j,
rutac.
verm. 🜄en. ā ℥j,
de *caſtor.* ℥ß.
ceræ parum pro ſpinæ inunctione.

Doctor *Michaelis eſſentiam* & 🜍*um caſtorii* ceu optima *antitrymica* deprædicat. Paſtor in Altenmuhr tremore ex caſu per vj. dies laborabat, juſſit *D. Chriſtoph. Cellarius* applicari vinum malvaticum cum 🜍*o caſtor.* probe

be mixtum calide cum pannis duplicatis, & ita anno 1652. die 14. Aprilis reſtitutus feliciter. Quod *vigilias* inducat ſupra in *affectibus ſoporoſis* ſufficientiſſime tractatum, quomodo autem fiat in ʃ. XXXII. audiamus, hinc ſupervacaneum eſſet dicta & mox dictura dicere.

Caſtorei uſus quoque in *affectibus oculorum* illuſtris eſt, imprimis ubi nervi optici obnubilantur, quo minus radii viſivi penetrare poſſint, idque diſſipando, inhibendo, ∽us clarificando, & languentes debilesque recreando agit, ſi cum aliis pharmacis ſequenti modo etiam permiſceatur.

Anno 1569. Dn. M. Leonhardus Huterus coram me [*Doctore Eckoldo*] magnam habuit querimoniam, quod eminus objecta cernere non queat, hoc, *inquam*, eſt imbecillitas viſus, & dependet a paucitate ∽uum, neceſſe eſt, ut aſſumantur ſequentia, quæ viſum ut ſpero clarificabunt.

℞. aloes lot, ℈j,
MPill. luc.
cochiar. ā ℈ß.

*caſtor.* ℈j,
diagrid. g̃ij,
f. cum ſir. de ſtæch. Pill. xxv.

℞. fol. eufrag. ʒiij,
rad. valerian, ʒj,
ſem. fœnic. ʒij,
ſileris mont. ʒiß.
*caſtor.* ʒj,
coriandr. ℈ij,
cinam. ʒij,
macis ʒß.
galang. ℈j. M. f. diligenter pulv.
& miſtis adde ſpec. dianth. ℈ij, ſacch. q. ſ.
M. f. Tragea.

Anno 1580. Petro Kuchlin ad viſum clarificandum ſequentem pulverem præſcripſit D. *Marcus Wolfartus*:

℞. ſem. fœnic. ſubtiliter pulv. ℥j,
fol. majoran.
eufrag. ā ʒij,
*caſtor.* ʒß.
ſacch. alb. q. ſ. M. f. pulvis
detur in vino albo mane & veſperi.

Anno

Anno 1621. Doctor *Jo. Schapplerus* Margarethæ Veherin in dolore capitis & ophthalmia fructuoſe præſcripſit:

℞. Pill. cochiar.
lucis
☉ar. ā ℈j,
*caſtor.* ppt.
extract. helleb. ā ℈ß.
cum 🜄a fœnic. formentur Pilulæ mediocres.

Doctoris *Salomonis Fiſcheri* Pilulæ anno 1646. die 29. Septembris Dn. Riedlini Filiæ præſcriptæ in hoc affectu, tales ſunt:

℞. ol. roſat. ʒß.
lap. laz. ppt.
ſuccin. ppt.
*caſtor.* opt. ā ℈j,
diagrid. ℈ij,
extract. fol. ſen. ʒj,
valerian. ℈j,
🜍i fœnic. gv.
M. f. pill. inſtar lentium dentur in ſcatula
S. Augen-Pillen.

Varia Pharmaca in *vertigine* à Præſtantiſſimis Medicis internè tam, quam externe adhibenda proferuntur, quæ quidem plurimum emolumenti præſtant, aſt *caſtoreum* his commixtum maximum certo addit pondus & virtutem, cum ſcilicet hoc vapores à cruditate ortos per venas & arterias ventriculis cerebri communicatos diſſipet, & ſpiritus animales turbatos aperiendo in ordinem variis modis adminiſtratum redigat, v. g.

℞. euphraſ. ſubt. pulv. ℥j,
rad. poeon.
valerian. ā ʒiß.
cum ſ. q. mell. anthoſ. f. Mixtura ad lentum △em, finita coctione adde ſem. coriandr. ppt. ʒij,
*caſtor.* opt. ℈j,
cinam. ℈ij, M.

Hoc condito in *vertigine* feliciter uſus eſt anno 1577. Franciſcus Loſchenbrandius Magiſter Ærarii ex ordinatione Doctoris *Bartholomæi Wolfarti*.

In

In *vertigine* à debilitate ventriculi magnæ ſemper virtutis expertus eſt *Auctor Anonymus* in *experim. Med.* Mſtis hunc pulverem.

℞. ſpec. diagalang.
diacimin.
conf. anacard.
rad. pimpinell.
bacc. laur. ā ʒß.
*caſtor.* ℈ß. M. f. pulvis.

In vertigine cum ingenti capitis gravedine, dolore ventriculi a cibo, faciei rubedine & labiorum tremore, ſequentes pilulas cum optimo ſucceſſu accommodavi.

℞. MPill. de ſuccin. C.
extract. helleb. ā gxij,
ſucci chærefol. inſpiſſ. ℈ß.
⊖is ♀ri
dacrid. ♁at. ā g̃iij,
f. cum eſſent. *caſtor.* l. a. Pill. n. xxx.
obduc. fol. ☉is.

Doctor *Carolus Eckoldus* anno 1570. Viduæ Bartholomæi Rhemii vertigine obnoxiæ feliciter ſequentes pilulas præſcripſit:

℞. aloes epat.
valerian.
cubeb.
cardam.
calam. arom.
cinam.
caryophyll. ā ʒij,
*caſtor.*
ſem. coriandr.
nuc. moſch.
macis ā ℈j,
cum ſucco fœnic. f. pilulæ ad formam piſi.

D. *Bart. Wolfartus* Anno 1571. Thomæ Lebzelteri viduæ interna reſpuenti cum ſucceſſu capiti impoſuit ſequentem ſacculum.

℞. *caſtor.* ℈ij,
rorismar.
ſerpill. ā ʒj,
meliſſæ. ʒß.
ſuccin. ℈j,
ſpic. ʒj,
nuc. moſch. ℈ß.
ambr. gij,

incif.

inciſ. g. m. & fiat ſacculus lineus interpaſſatus.

Nec ſequens fruſtra applicatum quod D. *Wolfartus* Davidi Stürzelio membranario, ſuaſit anno 1578.

℞. ℞i juniper.
ſpicæ ℥ß.
*caſtor.* ʒß.
maſtic. ℈j, M.
quo illinatur ſpina & vertex capitis.

Paucis ſuperioribus ſeptimanis opifex heic loci cæparum appetentiſſimus placentam cum cæpis plurimis factam [ noſtr. Zwibel-Platz ] deſiderium levandi cauſa avide devorabat, aſt ſequebatur cum dolore capitis vehementi *vertigo*, ut de loco ſe movere non potuerit, multis fruſtra applicatis, vocatus dedi poſt emeticum conſuetum, ſequentem pulverem per triduum, cum perfecto levamine.

℞. cinab. min. rit. ppt.
*caſtor.* opt.
ung. alcis ppt. ā gr vj.
ambræ gryſ. gr j.

℞i

ꝏi dſt. coriandr. gttij, M.
f. pulvis S. Pülverlein in Lindenblüt-Waſſer zu nehmen.

## §. XXXVI.

Veſicæ meatus *aperit, & in multis aliis omnide approbatum.*

## Additamentum Franci.

Caſtoreum in *nephritide* non ſerum reſtitans circa communem corporis noſtri ei dicatam ſentinam liquando & fundendo tam, quam nervoſum genus à talismodi peregrineitate irritatum roborando cum εὐφορίᾳ adhibetur, ut ita quaſi una fidelia duo dealbentur parietes.

Hinc appoſite D. *Jo. Harderus: acerbiſſima ſymptomata ſunt dolor renum excruciatus & ſuppreſſio* ⊡*æ, ad hæc lenienda varia habentur, præſertim vero & omnium maxime opium, caſtoreum & ꝏum amygd. dulc.*

Obſervavit hunc affectum anno 1579. die 6. Julii D. *Laurentius Gualtherus Kuchelius*

*lius* in Petro Neubronnero fullone, quem ſequenti reſtitutum refert;

℞. ſem. biſmalv ℈j,
carab.
croc.
myrrh.
*caſtor.* ā ℈ß.
laud. opiat. gr. iij,

incorporentur ſimúl cum vino malvatico, & piſtillo calido in mortario calido diu permiſceantur, ejus dentur gr. iij, aut iiij.

Anno 1578. Euſtachius Günzpurger *dolore nephritico ſæviente* cum vigiliis nimiis laborabat, cui præſcripſit Doctor *Wolfgangus Rabus*:

℞. *caſtor.*
lapid. ſpong. ā ℈ß.
ſir. de papav.
🜄æ flor. chamom.
fragar.
petroſel. ā ℥j, M. & f. hauſtus.

Pilulas ſingulares caſtoreo claras D. *Marſilius* deſcribit, quæ contra omnes dolores à calculo ortos valere aſſeritur.

℞. te-

℞. terebinth. ℥v.
ſem. cucum. mund.
apii, ā ʒij,
oculor. ♋rum. ʒiß.
*caſtor*. ʒß.

aſperg. pulveriſ. ▽a alkeking. & cum ſucco glycyrrh. f. pilulæ ex ʒj, xvj,

Jam ad finem Operis per DEI gratiam fere perventum, aſt cum alii dentur affectus, quibus pariter caſtoreum averſatur, à B. Auctore noſtro plane omiſſos, in tranſitu & quidem aliud agentes heic aliquot tangemus.

Paucis videbimus quales in *febribus intermittentibus* præſtet virtutes.

Conducere ergo in his *caſtoreum* D. *Daniel Fuchſius* in *Viſitat. Febricitantium* hisdem teſtatur verbis: *huc etiam facit aliquid, abſinthium, caſtoreum & gentiana quæ obſtructiones auferunt cum robore.* D. *Ettmillerus* in *Praxi MSS. medica* ſequentes habet:

℞. myrrh.
*caſtor*.
opopanac.

gen-

gentian.
abſinth. ā ℈j, cum mithrid. f. pill. no. xxv.

has *ego* tali modo immuto:

℞. extract. gentian.
centaur. min.
*caſtor.* ā ℥vj,
☿i dſt. caryophyll. gttiij,
laud. opiat. ℥iß. M.

f. l. a. Pill. no. xix. obd. fol. ☉is, & exhibeo bihorio ante Paroxyſmum, cum ſcil. fermentum agitari incipiet, quibus in quamplurimis præterito vere *noſtram Ulmam* infeſtantes febres, variis ab aliis Medicis *irrito conatu* adminiſtratis, cito, tuto & jucunde, ope divina profligavi.

In *malo hypochondriaco* ubi *ſuffocatio* l. *inflationes ventriculi* imminent, ſi præceſſerit enema & potio lenitiva *caſtoreum* egregie ſe gerit, ceu nuper expertus in virgine nobili ſequentibus reſtituta:

℞. ⊕li ♂tis ℥vij,
croc. ♂tis aperit. ʒij,

oroc.

croc. auſtriac. ʒj.
*caſtor.* opt. ℈ſ.
🜔i dſt. ſuccin. gttiij,
M. f. pulv. div. in vij. p. æq.

℞. eſſent. *caſtor.*
🜄us chamom. rom. ā ʒj.
🜄us ✳ci ℈j,
M. S. XL. Tröpflein auf j. mal.

Et in *Scorbuto*, maximam cum dicto affectu cognationem habenti adjumentum adfert ſalutare, imprimis ſi difficilis reſpiratio ſpuria quædam paralyſis, articulorum contractio, vel totalis laſſitudo ſuperveniat, de quibus vero omnibus ſuo loco ſufficientiſſime eſt actum.

*Fluor albus mulierum* ſive earum *gonorrhæa* notha fit, ſi, ſecundum Doctorem *Ettmillerum*, latex ſeroſus vitio digeſtionis primarum viarum ex maſſa ſanguinea in uterum copioſe emittitur, cui itidem totis caſtoreum viribus reſiſtit. v. g.

℞. rad. torment.
ſymphyt. ā ʒij.
caſſiæ lign. ʒj,

oſte-

oſteocoll. ℈j,
*caſtor.* ℈ſs. f. pulvis.

Quo anno 1569. talis fluxus præmiſſis vero præmittendis in Davidis Mœslini uxore à Doctore *Etkoldo* curatus.

Sequens à Doctore *Wedelio* approbatur:

℞. *caſtor.* ppt.
ebor.
ſuccin. ppt. ā ℈ij,
coral. ℈j,
🝆i cinam. gttij,
M. fiat pulvis.

In *caſu ab alto* eodem nomine ſuum uſum exhibet ſæpiſſime, quatenus ſcilicet grumos ſanguinis circa nervos reſtagnantes reſolvit, incidit & roborat, hinc Doctor *Zwikerus* dicit: *in caſu bona eſt rubrica, bona eſt marga, bona rad. rub. tinct. ſed omnium optimum caſtoreum, quod ex proprietate ſanguinem concretum reſolvit.*

Paſtor in Altenmuhr *tremore ex caſu* laborabat, juſſit D. Chriſtophorus Cellarius ut applicetur vinum malvaticum cum 🝆o caſtor.

ſtor. probe mixtum calide cum pannis duplicatis, & ita reſtitutus.

Anno 1625. die 17. Julii, Præfectus Heidenhaimenſis, Feiſt dictus, ebrius de equo prope *Weſtheim* decidit, vocatus eſt laudatus Doctor *Cellarius*, & cum ſucceſſu dedit ſequentem potionem:

℞. pulv. ad caſum ʒj,
rad. pimpinell. ℈ij,
*caſtor. odor.* grav. g̃vj,
▽æ chærefol.
flor. tiliæ. ã ℥j,
✠ti roſ. ʒß.
S. Träncklein auf 1. mal wol aufgerührt einzunehmen.

Lipothymia correptis etiam & interne & externe dari poteſt, v. g. excitandi cauſa cum aliis datum loco *ſternutatorii*, de quibus ſuperius videri licet.

Alias ſoleo ad ♌us agitandos naribus adhibere ſequentem mixturam:

℞. *eſſentiæ caſtor.*
♌us fulig. ã ʒß.
M. S. für die Naſen zu halten.

Do-

Doctor *Wedelius* magnifacit ∽um caſtorii obſtructionem nervorum circa cor tollentem, & ∽ibus animalibus motum ſalvum concedentem, laborabat fæmina pia heic loci modo ex leviſſimo *terrore* frequenti *lipothymia*, propinato hauſtu vini caſtoreo inebriato de facto deſinit ea laborare.

In *variolis* & *morbillis* noſtrum tali virtute eſt præditum, ut venenum illud innominabile circa cor caſtra ſua ponens ad peripheriam facillime per cutis porulos excernere poſſit, ubi puſtulæ millenæ ſe oſtendunt cum levamine & roboratione cordis, hinc Doctor *Joannes Melderus* ſequentem mixturam pro diverſitate ætatis cochleatim in quotidiano uſu habebat:

℞. ▽æ fumar. ℥iij,
cordial. ℥j,
eſſent. *caſtor.* ʒj,
ſacch. perlat. ʒß. M.

Et *D. Ettmüllerus* in Praxi Msta noſtrum ejusq; Tincturam pro ſpeciali remedio heic, habet, quod quidem credo, *caſtoreum* admodum eſſe mirabile in expulſione exanthe-

mathum horum, dolorem ſcilicet ſedando & veneno ſitati reſiſtendo, modo pueritia, talismodi graveolentia admittantur, & ubique perſuaderi poſſet.

In *lumbricis* pellendis etiam convenit, quatenus ob particulas amaras putredini reſiſtit, ob id Doctor *Eckoldus* ſuas pilulas experientia comprobatas laudat:

℞. Pill. Ruf.
rhab. opt. ā ʒj,
*caſtor.* ℈j,
coloquint ppt. ℈ß.

formentur pilulæ mediocres & dentur xij. pro doſi, ſi non movebunt, augeatur numerus.

Ante annos vj. menſe Junio Urſulæ Maierin me convenienti & querenti de dolore cordis, dorſi, lipothymia frequentiori, perpetuo dolore capitis & pruritu narium ſupra allegatas pilulas ☾a decreſcente ita reformatas propinavi:

℞. MPill. Ruf. g̃xv,
extract. *caſtor.*

rhab.

rhab.
troch. alh. ā ℈ii,
Olei dſt. abſinth. gttiiij,
M. f. l. a. pill. 21.
de quibus alvus ita ſoluta, ut innumerus particularum vermium cum materia lactea excerneretur; motus etiam fuit fluxus menſtruus, qui purgantibus pergere prohibebat, aſt præterolapſis tribus diebus, ſequenti pulvere urgebam:

℞. rad. dictamn.
gentian.
contrayerv. ā ʒj,
C. C. uſt. ʒß.
*caſtor.* opt. ℈j,
Olei dſt. abſinth. q. ſ. ut retineat formam pulveris ſubtiliſſimi, qui per vices datus *lumbricum viventem LX. ulnarum civilium* absque tenſione ulla per inferiora, nuda veritas! exturbavit, hinc *convaleſcens curæ meæ contentiſſima* valedixit, adhuc incolumis ab iis.

Caſtoreum ob particulas aromaticas & balſamicas *cadavera mortuorum* ab incorruptibilitate & conſumtione vermium liberat,

ceu ap. Auctores legere eſt, unicum D. *Leonem Wolfartum* adducam: *ad eam* ſc. *conditu*ram corporum,inquit,*pertinent,quæ putredini reſiſtunt, & carnem conſervant, ubi optimum eſt & cenſetur myrrha, qua Magi Chriſtum parvulum donarunt, huic merito annumerantur ſtorax, colophon. menth, abſinth. aloes, nux muſc. caſtoreum benzoë maſtic. &c. & multa alia quemadmodum vidi ante paucos annos in conditura Friderici III Elect. Palat.*

## §. XXXIII.

*Tandem vero quamvis inter venena, ab iis qui venenata animalia deſcripſerunt, ponatur, nihilominus autem contra venenum uſurpatur, idcirco eſt conſtans ingrediens Theriacæ Andromachi, uti etiam adverſus Aconitum, viſcum, morſum* ηnum *& aranearum, item phalangiarum puncturas, noxas opii, & peſtem ipſam celebratur.*

*Teſtes ad aliquot annos durabiles*, inquit D. *Zwikerus*, verum, & ſi bene vaſculis aſſervatur ligneis clauſis, ad annum octavum vel nonum perdurat; licet enim partibus balſa-

micis

micis, 🜍eis & volatilibus gaudeat, tamen ob adjunctas gummi-reſinoſas & 🜃ſtres particulas ligatæ quaſi ſe explicare tam cito nequeunt; aſt partibus prioribus ablatis caſtoreum ceu inidoneum rejicitur.

Et illa inidoneitas duplici modo fieri poteſt, vel extorrefactione nimia partibus volatilibus avolatis, & nil niſi cadaver remanet, vel pauca, remanente humiditate, & rancorem, plurima ſymptomata ſecum ducens, contrahit.

Heic etiam moneo, ne pulveriſetur in uſus annuos, cum citius corruptioni evolantibus particulis dictis 🜍eis fiat obnoxium.

Interdum *renes caſtoris* exiccatæ pro vero ab impoſtoribus venduntur caſtoreo, interdum plane factitium eſt ex plurimis rebus fætidis, ✱co, ſagapeno, oppopanace, aſa fætida, ſanguine vel pinguedine caſtoris mixtis, conflatum, & venundationi expoſitum, aſt fibræ & pelliculæ, quibus legitimum eſt intertextum, non videre dantur, id quod infallibilis ſophiſticationis probatio erit; & tale non rite præparatum, vel plane adulte-

ratum a vett. noſtris inter venena numeratur.

Ceterum omni, quod nervoſum genus irritat, porulos cerebri coarctat, & particulas 🜍eas & volatiles figere intendit, totis viribus, aperiendo, agilitatem inducendo, & archæum oppreſſum quaſi excitando, contra it, & hinc antipathia *caſtorii* & *opii* patet ex diverſitate ſcilicet 🜍is in ambobus.

*Peſtilentiæ* caſtoreum reſiſtere in aprico eſt, & veteres tam, quam recentiores unanimiter fere conſentiunt, ipſisque præſidiis quæ ob ſingularem energiam inter alexipharmaca primarium poſſident locum, Theriacæ ſc. cœleſtis, quæ à multis pro extremo habetur, TRæ. bezoardicæ admiſcent, quatenus ſcilicet ob particulas ſupra dictas amaras & balſamico-aromaticas putredini repugnat, & craſin ſanguinis conſervat, aſt cum experientia mille rationes ſuperet, de peſte inexpertus magis audiam expertos, quam his illis rationibus, quamvis perſpicuis, manifeſtare inexperientiam meam.

§. 38.

## § XXXVIII.

*Hocce igitur nobile animal egregiam utilitatem in Medicina habet ac præbet, & pleraque ipſemet expertus fui: non laudibus illud ſupra modum attollo, ſed quia iſtam quam optime meretur, hæc ex rei veritate aſſero. Alii etiam præ utili agnoverunt, uti Dn. Doctores Auguſtani in* Pharmaçopœa *id trigeſima vice optimis compoſitis aſſignarunt. Si quid in hoc erravi, B. L. ſciat me eſſe hominem, ac ſcientiam meam eſſe imperfectam. Si vero aliquid utilitatis ineſt, ſit Gloria DEO in æternum, qui faciat ut indies doctiores evadamus.*

Hoc *Marius*, illud *ego* de hoc nobili animalculo, in Medicina valde conducibili; reſtant plura, cum impoſſibile fuerit, omnes effectus heic tangere, ſufficit mihi monſtraſſe *Leonem* ex unguibus; pergat alius, quia uni viro non eſt datum omnia noviſſe, tali modo opus ad majorem deducetur perfectionem.

Concludo cum Epiſcopo Hipponenſi; *Ego fateor, me ex eorum numero eſſe conari, qui*

*proficiendo ſcribunt, & ſcribendo proficiunt, unde ſi aliquid vel incautius vel indoctius poſitum eſt à me, quod non ſolum ab aliis qui id videre poſſunt, merito reprehenſum eſt, verum etiam eſt à me ipſo, nec mirandum eſt nec dolendum.*

DEO oMnIsſcIentIæ & ſapIentIæ
VIVo & aVrIfero fontI sIt LaVs
æVa,

# FINIS.

# MANUSCRIPTA

## quæ in his Exercitationibus occurrunt.

*ANonymi Auctoris Experimenta Medica.*

*D. Jacobi Barneri Chemia Philoſophica.*

*D. Jo. Sebaſtiani Bloſſii Ulmenſis Praxis medica.*

*D. Seb. Bloſſii Phyſici Ulmenſis Practica.*

*D. Chriſtophori Cellarii Phyſici Windsheimenſis Paſſionale Medicum.*

*D. Caroli Eckoldi Ulm. Medicinalia hiſtorica.*

*D. Chriſtophori Ehingeri Patricii Loimiatri Ulmenſis conſilia Medicinalia & alia.*

*Fr. Erhardi Monachi Ulmenſis ſcriptum.*

*D. Michaelis Ettmilleri PP. Lipſ. Diſpp. Pathologicæ, collegium chirurgicum, chemicum & Praxis medica.*

*D. Chriſtophori Fingerlini Loimatri Ulm. Praxis quotidiana.*

*D. Salomonis Fiſcheri Practica medica.*

*D. Jo.*

D. Jo. Arnoldi Friderici PP. Jenenſis Comment. ad Praxin Jonſton.

D. Danielis Fuchſii Phyſ. Ulm. viſitatio febricitantium.

D. Friderici Fuchſii Phyſici Ulmenſ. curationes.

D. Georgii Geigeri Phyſici Ulmenſis Praxis.

D. Petri Hoeneri Phyſici Wormacienſis experimenta.

D. Joannis Harderi Phyſici Geislingenſis Expertus Rupertus.

D. Moyſis Heldii Medici Noſodochii Ulmenſis Praxis.

D. Joannis Kelleri, dictus Berndin, Phyſici Ulmenſis cura & experimenta.

D. Laurentii Gualtheri Kuchelii Phyſic. Ulm. Praxis medica.

D. Simperti Linſii Medici Memmingenſ. Curæ.

D. Joannis Marii Phyſici Ulmenſis Praxis.

D. Joannis Melderi Phyſici Ulmenſis Practica.

D. Georgii Balthaſari Mezgeri PP. Tubingenſis commentar. ad Praxin Jonſtoni.

D. Joannis Michaelis PP. Lipſienſ. Comment. ad Praxin Jonſtoni, Annotationes ad Chemiam Rolef. Pharmacop. Schroederi &c.

D. Joan-

*D. Joannis Michelii Medici Auſtriaci Opus Practicum.*

*Fr. Benedicti Milleri* zu Zaugendorf *Experim.*

*D. Martini Neuſarii Phyſici Ulmenſis Liber Medicus.*

*D. Georgii Noeſsleri PP. Altorf. Lectiones Publ.*

*D. Jo. Wolfgangi Rabi Phyſici Ulmenſis collectanea Practica.*

*D. Georgii Rênzii Medici Kirchheim. tres decades medicinalium.*

*D. Guerneri Rolefincii PP Jenenſis Formulæ medicinales, & de Simplicibus.*

*D. Joannis Sagittarii Medici Norici Experimenta medica.*

*D. Joannis Schappleri Phyſici Ulmenſis Linea quotidie ducta.*

*D. Joannis Sculteti Phyſici Ulmenſis Praxis.*

*D. Joannis Stockeri Medici Ulmenſis Praxis medica.*

*D. Sebaſtiani Stromaieri Phyſici Ulmenſis Praxis medica.*

*D. Auguſtini Thonneri Phyſic. Ulmenſis Practica.*

*D. Davidis Verbezii Phyſic. Ulm. Curationes Ulmenſes.*

*D. Joan-*

D. Joannis Reguli Villingeri Phyſici Ulm. Praxis.

D. Joannis Vogtii Medici loimici Ulmenſis Paſſionarium.

D. Eliæ Waldneri Medici Memmingenſis Calendarium Medicum.

D. Jacobi Waldſchmidii PP. Marburg. horæ publicæ ad Hartmannum.

D. Georg. Wolfgangi Wedelii PP. Jenenſis. Comment. de morbis mulierum. de Simplicibus. Collegium Caſuale. Lectiones Publicæ. de formulis, &c.

D. Joannis Widemanni Phyſici Ulm. Praxis.

D. Bartholomæi Wolfarti Phyſici Ulmenſis Opus Practicum.

D. Marci Wolfarti Medici Memming. Practica.

D. Leonis Wolfarti Phyſici Ulmenſis de conditura cadaverum & Obſervationes Medicæ.

D. Jacobi Zæmanni Phyſici Ulmenſis, Praxis.

D. Adami Zwikeri Medici Memming. de Amphibiis & Curationes Medicæ.

D. Gabrielis Zwillingii, dictus Didymus, Repoſitum medicum.

JOAN-

# JOANNES FRANCUS UL-MENSIS MEDICINÆ DOCTOR.

ἀναγραμματικῶς

## MICAS IN CORDE DEO CARUS, EN NON SIS LUMEN ? FIAT.

*Evolutio.*

QUi Jovæ *CARUS*, Patriæ ſit ſæpius ingens
lumen, & is Generi fax micat alta ſuo:
FRANCE! *micas in corde DEO carus*, benedicto,
*en non ſis* Patriæ *lumen*, honosque Tuis ?
Diſpereat quivis dubitans, ſic turba novena
Muſarum, *fiat*, Phœbus & ipſe jubet.

*Hoc quale-quale mnemoſynon debitæ gratitudinis in ſaltem conteſtandæ, vicem L. M. Q. P. BIBERACI.*

C. S. N. P. L. C. S. B. L. P. E. O.

*Plinius*

...che Staatsbibliothek München

*Plinius.*

Ardua res eſt vetuſtis, novitatem dare; novis, auctoritatem; obſoletis, nitorem; obſcuris, lucem; faſtiditis, gratiam; dubiis, fidem; omnibus vero naturam, & naturæ ſuæ omnia; itaque etiam non aſſecutis voluiſſe abunde pulcrum & magnificum eſt.

Walter Schelling
Buchbinderei